L V B

1589

Iudicium Iusti Lipsi
de P. Rami.

Iuvenitis nostra me amicitiae: Nisi
quam erit ille magnus, cui Ramus
non magnus.

Cent. 1. Epist. 89. ad Paulum
Buchium.

Sic Dn. L. Hermannus Scribebat
Fred. Czempelio Sub. Francofurti
Cum Is Cessa[re] [illegible]

Judicium Julii Pacii de P. Ramo eiusq; sectatoribus

Sed ut de aliis in praesentia taceam, ac de philosophis pauca dicam: qui fieri potuisset, ut P. Ramus rhetoricen ac logicen eo ingenio, qualis ut quantaq; in eo fuit, in truculentis calumniis, convitiis, cavillis Aristotelicam primum totam scatentem ac gemitu auctoritatem rumpa ac comprobata, suspecta, odiosam, molestamq; apud multos redderet: sed nisi plerique nominatim Peripatetici, quibus ei Ramo contrario fuit, barbari ac sophistae fuissent. Ut hi duntaxat scripta perverse interpretantur, dum alia partim imperitia, partim ambitione ea involunt:

— contactuq; omnia fedant
Immundo —

occasionem vero bonae probuerit non solum contra suas iniurias sed etiam contra Artem ipsam male intellectam disputandi. Quae commutatio eo progressa, ut ea non tam artes, quam odiis exercitationes nunq; Ramei Aristotelicos, nunq; Aristotelici Rameos ferre possit, sed ab utraq; parte pugnare acerrime quasi pro aris et focis quare factio partium inconsulta, non solum ea quae sunt damnanda, sed utilia quoq; vasta ut utilia nec a se intellecta retinuere. Quod certe ut facerent, qui Rami dictatam, quam nunq; legerit, minime improbat. Sane Rami Scholas; at Talaei commentarium in primum Ethicorum Nicomachum (ut libere dicam, [illegible] sentio) nil aliud esse existimo, quam sophismatum et calumniarum sentinam. Non propterea in aliis eorundem auctorum operam lusimus, imo vero sum experta, quibus Artium Organa non est accommodatum, (multos n. ob varias causas illis libris Artis et utilitatis ius non posse uberior proponi quam Rami Dialecticam, quae et locorum praecepiorum haud contemnenda copiosa

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΟΡΓΑΝΟΝ.

ARISTOTELIS STAGIRITÆ PERIPATETICORVM principis Organum,

Hoc est libri omnes ad Logicam pertinentes, Græcè & Latinè.

IVL. PACIVS recensuit: è Græca in Latinam linguam conuertit: capitum & particularum distinctionibus, argumentisque: præterea variis lectionibus, necnō perpetuis notis, & tabulis synopticis illustrauit.

Ad Illustrem & Generosum Dominum, Dominum CAROLVM A ZEROTIN, Nameſtij & Rossicij Dominum, &c.

MORGIIS,
Excudebat Guillelmus Laimarius,
M. D. LXXXIIII.

Cum priuilegio CAESAREAE MAIESTATIS ad decennium.

LIBRORVM OMNIVM
qui hoc Organo continentur,
catalogus.

Πορφυρίου Εἰσαγωγή.	
Ἀριστοτέλους κατηγορίαι,	
Περὶ ἑρμηνείας.	
Ἀναλυτικῶν πρότερον,	βιβλία Β.
Ἀναλυτικῶν ὑστέρων,	βιβλ. Β.
Τοπικῶν,	βιβλ. Η.
Ἐλέγχων σοφιστικῶν.	βιβλ. Β

Porphyrij Isagoge.	
Aristotelis Categoriæ.	
De interpretatione.	
Analyticorum priorum,	lib. II.
Posteriorum,	lib. II.
Topicorum,	lib. VIII.
Elenchorum sophisticorum,	lib. II.

ILLVSTRI ET GENEROSO DOMINO, DOMINO CAROLO BARONI A Zerotin, Nameſtij & Roſſicij Domino, &c.

IVL. PACIVS S. D.

CVM multæ ſint artes ac ſcientiæ, Dei Optimi Maximi beneficio, à mortalibus inuentæ, quibus hanc vitam multis periculis & moleſtiis obnoxiam atque implicitam tuentur & iucundam reddunt: nulla mihi videtur eſſe vel magis hominibus neceſſaria, vel cuius vtilitas ad plures perueniat quàm logica facultas. Cum enim omnes pænè infinitæ ſint, vita autem humana anguſtis temporis ſpatiis ſit concluſa: (quod enim ſummus medicorũ de arte medica pronunciauit, de omnibus ſcientiis atque artibus veriſſimè dici poteſt) neceſſariò fit, vt alii alias colant, nemo autem omnes ſibi comparare queat. quod quidem diuina prouidentia factum eſſe non dubito, quo magis humana ſocietas conſeruetur, dum ſinguli, quod ſibi à Deo tributum eſt, in commune conferunt, viciſſimque id, quo carent & egent, ab aliis accipiũt. Ergo ſinguli ferè ſingulis artibus vel ſcientiis contenti, ceteras etſi non contemnunt, tamen relinquunt, vt in ea quam quiſque delegit, magis proficere poſſit. vnam verò atque alteram ei quam præcipuè colebant, adiunxerunt

--pauci quos æquus amauit
Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera virtus.

¶ ij

Sed quia nulla est ars, nulla scientia, quæ logicis præceptis non vtatur, idcirco hanc solam à multis addiſci neceſſe eſt. Hæc Theologis, Juriſconſultis, philoſophis, medicis, quin etiam oratoribus & poëtis non ſolum eſt vtilis, ſed etiam prorſus neceſſaria. Nec perfectè vmquã intelliget ſcientiarum theoremata, aut oratorum & poetarum artificium, quicumque eſt Logicæ omnino expers. Itaque iure optimo Ariſtoteles huius artis ignorationem veteribus philoſophis exprobrauit: & proculdubio, ſi nunc viueret, lõgè plures & longè acriùs eo nomine incuſaret. ipſe verò, ne in idem vitium incideret ἀπαιδευσίας καὶ ἀπειρίας, quod aliis obiiciebat, diligentiſſimè in hanc artem incubuit, primúſque & eam abſoluit, & eius vbique præceptis rectiſſimè vſus eſt. Ac ſanè quicũque huius philoſophi ſcripta diligenter euoluet atque expendet, facere non poterit, quin præceptoris mei Jac. Zabarellæ, viri non minùs doctrina quàm nobilitate illuſtris, ſententiam probet. is enim cùm Logicam doceret, antequam ad philoſophiæ profeſſionẽ aſſumeretur, dicere ſolebat, Ariſtotelem potiſſimum ob perfectam logicæ cognitionẽ omnes alios philoſophos ſuperaſſe & longo interuallo poſt ſe reliquiſſe. Quamobrem cùm huius philoſophi libri omnes ſint magni faciendi, haud poſtremo loco habendi ſunt ij qui rationis vſum luculentiſſimè cõmonſtrant, ac demonſtrandi, definiendi, diuidendi artẽ pulcherrimo ordine traditã cõplectuntur. Neque tamẽ me latet tantã eſſe in his libris obſcuritatẽ, vt alij deterriti ab eorũ lectione omnino abſtinuerint, alii fruſtrà laborarint, & ne hilum quidẽ profecerint, alii denique, ne imperiti haberẽtur, ea calũniari ac reprehendere auſi ſint quæ intelligere nõ potuerũt. ſed primi illi ignauiam, ſecundi ſtultitiã, tertii improbitatẽ ſuam oſtẽderunt:

de Aristotelis auctoritate nihil detraxerunt. nã à pulcherrimis & vtilissimis rebus propter earũ difficultatẽ abstinere, abiectissimi animi est indiciũ. ad Aristotelis autẽ libros illotis manibus, & fideli ac docto præceptore destitutũ accedere, vt quidam summus vir dixit, amentia est. quæ verò non intelligit, nemo culpare solet, nisi planè improbus & sophista. Quibus igitur licet, hi alacriter & optima spe ad Aristotelis Logicam accedant, neque putent se oleum & operam perdituros, si se quiannum in ea discenda consumpserint. Qui verò vel tarditate ingenii, vel doctoris inopia, vel alia ratione impediuntur, quo minus in Aristotelis Organo versari vtiliter possint, hi studiis suis aliter consulant, sumpto à Procis illis exẽplo, qui cùm Penelope frui non possent, ad ancillas animum conuerterunt. Quamquam spero hos quoque, si nostra editione vti voluerint, & diligẽtiam adhibuerint, fructum aliquem ex iis libris capere posse. nam ex Græco contextu quamplurima menda sustulimus, sectiones & interpunctiones ferè omnes emendauimus, interpretationem quàm maximè potuimus perspicuam, aliàque adiunximus, quæ & Aristotelis methodum declarare, & loca obscura illustrare nobis videntur. In tenui re fortasse multis videbimur laborasse: cùm possimus, eorum potius quàm nostro iudicio, maiora præstare. sed nec tenuis est labor, nec modicam (nisi mea me spes fallit) vtilitatem ex his nostris qualibus qualibus laboribus studiosi consequentur. nolo enim cum poëta dicere,

--At tenuis non gloria:--

quia non gloriæ causa, sed ad publicam tantùm vtilitatem respiciens, omnem laborem pertuli. Cuius quidẽ publicæ vtilitatis, Illustris ac Generose Domine, cùm te studiosissi-

mum esse animaduerterim: speraui, si sub tuo nomine hoc opus emitterem, non ingratum tibi fore. Tu namque literatos homines & bonarũ artium studiosos summa beneuolentia complecteris, & omni beneficiorum genere prosequeris: veterũ autem sapientiæ monumẽta adeo nocturna ac diurna manu teris, vt nemo mirari debeat, si magis, quàm in ætatem tuam cadere posse videtur, animũ excolueris, pulcherrimarúmque rerum & linguarũ cognitione ornaueris. Sed aliter facere minimè posses, cùm ex nobilißima illa ZEROTINORVM familia ortus sis, quæ nõ solum virtutibus bellicis, sed etiã togatis semper floruit: nec vllis vmquàm impẽsis pepercit, vt viros doctos aleret, foueret, adiuuaret. Meritò igitur ad te mitto Aristotelis Peripateticorum ac (nisi nomen inuidiosum est) philosophorum omnium principis volumen primum, quo omnium scientiarũ atque artium fundamenta continentur. Non eges tu quidem his logicis præceptis: quippe qui ea iam didicisti, & ad grauiora studia animum appulisti: domique doctißimos præceptores habes, à quibus hæc & multò maiora petere potes. Sed tamen quæ olim didicisti, non sine honesta (vt opinor) voluptate in memoriã hos libros legens poteris reuocare. Vtut sit, hac ratione tam apud te ipsum, cuius virtutes cum admiratione veneror & colo, quàm apud alios volui testatum relinquere summum quo flagro desideriũ tibi gratificandi et obsequendi. Etiam atque etiam vale Illustris et Generose Domine Baro. Deus te quamdiutißimè incolumem seruet. Ex meo museo, Nonis Martii, cIↃ IↃ LXXXIIII.

ΕΙΣ ΟΡΓΑΝΟΝ
Ἀριστοτέλους

Ἡ σὴ ἡ βίβλος Ἀριστοτέλους λογικῆς παιδείης,
Ὄργανον ὦ κάλεσαν σοφίης εἰδήμονες ἄνδρες.
Ἀλλ᾽ ὧν αἰθομβρίῳ πυρὶ λαμπετόωντι εἴκαν᾽
Φῶς γὰρ ἀληθείης παρέχει, ψεῦδος δὲ παμφαῦσί.

IVLIVS PACIVS ita interpretabatur,

Hunc rationis opus librum ratione docentem,
Organon appellant docti, sed rectius igni
Fulgenti assimilare licet: quia lumina veri
Extollit, falsumque fugat, mentisque tenebras.

Summa Priuilegij.

CAESAREAE Maiestatis priuilegio cautum est, ne quis Aristotelis opera à Iulio Pacio recognita, in Latinam linguam conuersa, ac certis imbulis, argumentis, diagrammatis, & perpetuis notis illustrata, siue in toto, siue in parte, per decem annorum spatium à prima die cuiusliber eorum editionis computandum, simili aut alio quopiam charactere vel forma imitari, recudere, vel alio imprimenda dare, aut alibi impressa adducere, vendere, distrahereve, citra prefati Pacij vel eiusdem heredum consensu ac voluntate palàm aut occultè ausit. Qui secus faxit, nō solùm amissione omnium huiusce modi librorum, verùm etiam pœna decem marcarum auri puri pro dimidia fisco Imperiali, fraudis vindicis, reliqua parte ipsius Pacij usibus irremissibiliter pēdenda plectatur: vt latiùs Cæsareo diplomate expressum est, Dato Viennæ, die 15 mensis Augusti, anno Domini 1583.

Subsignato,

RVDOLPHVS.

Ad mandatum sacræ Cæsareæ maiestatis proprium.

P. BERNEVRGER.

Aristotelis Organi prima editio absoluta est die 25. Martij, 1584.

SYNOPSIS ET ORDO LIBRORVM QVI IN HOC ORGANO CONTINENTVR.

ISAGOGE PORPHYRII non est pars Logicæ, sed introductio ad Logicam: quia Porphyrius non auctoris sed interpretis munere fungitur, explicās quinque vocabula, quibus Aristoteles in libris logicis frequenter vtitur.

Logica versatur circa syllogismum. itaque in hoc organo explicantur.

- I. Syllogismi partes
  - Quà significant primas notiones. — CATEGORIAE.
  - Quà sunt secundæ notiones. — DE INTERPRETATIONE.
- II. Syllogismus
  - Generaliter — PRIORA ANALYTICA.
  - Specialiter
    - Demonstrativus — POSTERIORA ANALYTICA.
    - Dialecticus. — TOPICA.
    - Sophisticus. — DE SOPHISTICIS ELENCHIS.

Singulorum librorum specialem methodum vide suis locis.

ARI-

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ
ΕΙΣΑΓΩΓΗ.

PORPHYRII
ISAGOGE,

IVLIO PACIO
interprete.

SYNOPSIS SEV METHODVS ISAGOGES PORPHYRII.

HVIVS libelli tres sunt partes,

- Præfatio. *Cap.* 1.
- TRACTATVS I.
- ἑρμηνεία
  - Expositio quinque vocum,
    - Generis & speciei.
      - Distinctiones, & definitiones. *Cap.* 2.
      - Diuisio. *Cap.* 3.
    - Differentiæ. *Cap.* 4.
    - Proprij. *Cap.* 5.
    - Accidentis. *Cap.* 6.
- TRACTATVS II.
- συμπλοκή
  - Collatio quinque vocum,
    - Omnium *Cap.* 7.
    - Generis cum
      - Differentia. *Cap.* 8.
      - Specie. *Cap.* 9.
      - Proprio. *Cap.* 10.
      - Accidente. *Cap.* 11.
    - Numerus collationum. *Cap.* 12.
    - Differentiæ cum
      - Specie. *Cap.* 13.
      - Proprio. *Cap.* 14.
      - Accidente. *Cap.* 15.
    - Speciei cum
      - Proprio. *Cap.* 16.
      - Accidente. *Cap.* 17.
    - Proprij, & accidentis. *Cap.* 18.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΕΙΣΑΓΩΓΗ.

PORPHYRII ISAGOGE.

PRÆFATIO. CAP. I.

1 Scribendum, utilitas, & methodus huius libri. 2 Quæstiones omittendæ. 3 Reducitur hic liber ad logicen.

ΤΩΝ ἀναγκαίων, Χρυσαόριε, καὶ εἰς τὸν περὶ ἁρμονικῆς λόγον καταρτισμὸν διδασκαλίαν, τὴν γνῶσιν τοῦ γένους, καὶ τῶν διαφορῶν, τῶν τε εἰδῶν, καὶ τῶν ἰδίων, καὶ τῶν συμβεβηκότων, εἰς τὸν τῶν ὅρων μέθοδον, διδόσιν, καὶ ὅλως εἰς τὸν περὶ διαιρέσεως, καὶ ἀποδείξεως, καὶ ζητήσεως οὔσης τῆς τούτων διαθέσεως συντομωτάτην πραγμάτων εἰσόδου ποιούμενος, πειράσομαι βραχέως, ὡς ἂν ἐν εἰσαγωγῆς τόπῳ, τὰ περὶ τοῦ γένους καὶ τῶν ἀναγκαίων ἐπιλέγειν, τὴν μὲν βαθυτέραν ἀπεχόμενος ζητημάτων, τὴν δὲ ἁπλουστέραν σμικρᾶς καχαλόμενος. ¶ Λυπεῖ μὲν οὖν ἡμᾶς τὰ περὶ εἰδῶν, τὸ μὲν εἴτε ὑφίστηται, εἴτε καὶ ἐν μόναις ψιλαῖς ὑπονοίαις κεῖται· εἴτε καὶ ἀσώματα καὶ χωριστὰ ἔχει τὰ ὄντα, ἢ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς καὶ περὶ ταῦτα ὑφεστῶτα, παραπλησίως λέγειν βαθυτέρας οὔσης τῆς πίστεως, καὶ μακρᾶς, καὶ ἄλλης μείζονος δεομένης ἐξετάσεως. ¶ Τὸ δ' αὖ περὶ αὐτῶν τὰ κατὰ μέρος ἐν τοῖς ἀμφοτέροις λόγοις παραδιδόμενα, εἰ παλαιοὶ δὲ

1 Quia sæpe Aristoteles mentionem facit horum quinque verum in libro de regressionum.

2 Quia vera de finitio cōstat ex genere & differentiis, interdū loco differentiarū vtimur propriis, accidentibus verò cognitis deficientibus, vt vitetur.

3 Quia genus diuiditur in species per differētias, interdum etiam diuiditur propriis & accidentibus.

4 Quia demonstratur propriū de specie per differentiam vel definitionem.

5 Id est, categoriarum, definitionum, diuisionum, demonstrationum. Alij referūt ad quinque voces, genus, differentiā, &c.

6 Sub. philosophis.

7 Quoniam hic liber non est logicæ pars, sed introductio ad logicam, & seruus quodammodo logicæ.

8 Solæ & nudæ mentis notiones sunt, quibus nihil in rerum natura respondet, vt mons Chimera.

9 A rebus sensibilibus, vt Plato existimauit, qui constituit ideas separatas ab his quæ cōsistunt cadunt.

10 Pertinet enim ad primam philosophiam.

11 Genesse & species.

12 Deficientes propria, vel definitione.

13 Ex quinque prædicabilibus.

14 Quibus in rebus præcauere probabilius.

CVM necesse sit, Chrysaori, & ad Categoriarum doctrinam ab Aristotele traditā, nosse quid sit genus, quid differentia, quid species, quid propriū, quid accidēs, & ad definitiones afferendas, & omnino ad ea quę ad diuisionem & demonstrationem pertinent: cūm horum cognitio vtilis sit: breuem tibi narrationem faciens, tentabo paucis, vt institutionis ratio postulat, ea, quæ ab antiquis dicta sunt, aggredi, ab obscuritatibus quidem quæstionibus abstinens, simpliciores verò modicè per coniecturas attingens. ¶ Ne longè abeam de generibus & speciebus, an cōsistantne *in rerū natura*, an in solis nudis animi notionibus posita sint: &, si consistunt *in rerū natura*, vtrum corpora sint, an incorporalia: & vtrum separata sint an *in rebus* sensilibus & circa has cōsistant: recusabo dicere: quia obscurissima est huiusmodi tractatio, & alius maioris indiget exquisitionis. ¶ Quę autem de his ac de *reliquis* propositis magis ad logicen accommodate veteres dis-

seruerunt, & horsi maximè Peripatetici; nunc tibi tentabo monstrare.

λαβοι, ἢ τύπτειν μάλιστα οἱ ἐν τῇ ἀφελιπάτου, γνῶ σοι πειράσομαι δεικνύειν.

EXPOSITIO QVINQVE VOCVM.

TRACTATVS PRIOR.

Quid sit genus, & species, CAP. II.

1 ¶ *De hoc tractatu, & specie.* 2 ¶ *De genere. Significatio prima.* 3 *Significatio altera.* 4 *Expositarum significationum collatio ab vsu.* 5 *& origine.* 6 *Significatio tertia.* 7 *In hac tertia significatione genus accipi à philosopho.* 8 *Definitio, & exemplum.* 9 *Praelectorio sequentis expositionis.* 10 *Expositio definitionis prioris, quæ ostendit nihil in definitione desiderari, quia per eam genus sumitur ab alio extenso, vel ab, & indistans.* 11 *Species.* 12 *proprio.* 13 *differentia, & accidente.* 14 *Ex ait o posse videri: quæ, vt appareat nihil in definitione superaneum esse, declaratur vsus singulorum particularis definitionibus est.* 15 *Dici de pluribus.* 16 *In quæstione quid est.* 17 *Conclusio.* 18 ¶ *De specie. Significatio prima.* 19 *Significatio secunda.* 20 *Obiectionis solutio.* 21 *Definitiones generales.* 22 *Definitio propria infimæ speciei.* 23 *Distinctionis horum definitionum explicandum in sequenti capite.*

a Simul explicat genus & species eorum, quæ sunt relata: eique prius distinguit quam definitas, quæ sunt vocabula humanorum. Porrò distinctio generis pertinet ad ea ex 4. primæ philosophiæ, c 28

b Vno modo dici, vnam rem significare.

c Hercule.

d Herculeorum genus.

e Idcirco dicere si sunt homines nouos, dicerle rerum singularium naturas pro diuersitate locorum in quibus oriuntur. f Id est, secundo: etsi nonnulli & quidem doctiss. mi viri intelligãt primam significationem.

NIMIRVM[a] autẽ neque genus neq; species simpliciter dici.[b]

¶ Genus enim dicitur collectio aliquorum qui ad vnũ quiddã & inter se quodam modo affecti sunt. Qũa significatione dicitur Herculeorũ genus ex habitudine quæ est ab vnó nimirũ ab Hercule,& multitudinis eorũ qui cognatione ab illo[c] *ducta* sunt aliquo modo inter se coniunctũ: vt ab aliis generibus distinguatur,[ita] appellatum.

¶ Rursus genus dicitur principium, vnde quisque ortum ducit siue ab eo qui genuit, siue à loco in quo genitus est. sic enim dicimus Orestẽ à Tantalo genus ducere, Hylum ab Hercule. & rursus Pindarũ esse genere Thebanum: Platonem, Atheniẽsem. quoniã patria est principiũ[e] quoddã ex quo singuli ortum ducunt, sicut etiam pater.¶ Hæc[f] autem significatio videtur esse in promptu. Herculei namq; dicuntur qui genus

ΕΙΚΕ δὲ μήτε τὸ γένος μήτε τὸ εἶδος ἁπλῶς λέγεσθαι.[b] ¶ Γένος γὰρ λέγεται καὶ ἡ τινῶν ἐγγύτης πρὸς ἕν τι καὶ πρὸς ἀλλήλους αὐτῶν ἕξις. κατ' ὃ σημαινόμενον, τὸ Ἡρακλειδῶν λέγεται ἡθος ἐκ τῆς πρὸς ἕνὸς σχέσεως (λέγω δὲ τὸ Ἡρακλείοις) καὶ τὸ πλῆθος τῆς ἐγγύτητος πρὸς ἀλλήλους τὴν ἀπ' ἐκείνου γοῖνεσθαι, κατ' ἀποτομὴν δὲ ἀπὸ τοῦ ἄλλων γενῶν κεκληρῶσθαι.[d]

¶ Λέγεται δὲ καὶ ἄλλως πάλιν ἡθος, ἡ ἐκάστου τῆς ἡθοποιίας ἀρχή, εἴτε ἀπὸ τοῦ τεκόντος, εἴτε ἀπὸ τοῦ τόπου ἐν ᾧ τις γεγονεν. οὕτω γὰρ Ὀρέστην μὲν ἀπὸ Ταντάλου φαμὲν ἔχειν τὸ ἦθος, Ὕλον δὲ ἀφ' Ἡρακλείους. καὶ πάλιν, Πίνδαρον μὲν Θηβαῖον εἶναι τὸ ἦθος, Πλάτωνα δὲ Ἀθηναῖον. καὶ γὰρ ἡ πατρὶς, ἀρχή τίς ἐστι ἑκάστου ἠθοποιίας, ὥσπερ ὁ πατήρ. ¶ Τοῦτο δὲ ἔοικε πρόχειρον εἶναι τὸ σημαινόμενον. Ἡρακλεῖδαι γὰρ λέγονται, οἱ ἀπὸ ἦθους

attribuitur, qui non specie inter se differunt sed numero. animal autem, quum sit genus, homini & boui & equo attribuitur, qui specie quoque inter se differunt non solùm numero. ¶ A proprio autem differt genus: quoniam proprium vni tantùm speciei, cuius est proprium, & indiuiduis sub ea specie *contentis* attribuitur: vt aptum ad ridendum, attribuitur soli homini & particularibus hominibus. genus verò non vni speciei attribuitur, sed pluribus & differentibus specie.

¶ Verùm à differentia & communiter accidentibus differt genus: quia etsi pluribus & differentibus specie attribuuntur differentiæ & communiter accidentia, non tamen attribuuntur in *quæstione* quid est, sed in *quæstione* quale quid est. Interrogãtibus enim aliquibus quid sit illud cui hæc attribuuntur, genus respondemus. differẽtias verò, & accidentia non respondemus: quia non in *quæstione* quid est, attribuuntur subiecto, sed potiùs in quæstione quale quid est. cum enim interrogamur quale quid est homo, dicimus rationale: & cum interrogamur quale quid est cornus, dicimus nigrum. ac rationale quidem est differentia: nigrum verò, accidens. sed cum, quid homo sit, interrogamur: animal respondemus. animal autem est hominis genus. ¶ Quàm-propter genus, eo quòd dicitur de pluribus, secernitur ab indiuiduis quę vni dumtaxat attribuuntur. ¶ Eo autẽ quòd *dicuntur* de differentibus specie, distinguitur ab iis quæ vt species siue vt propria attribuuntur.

a Hinc apparet quam esse interpretum diligentiam in inter quæstionem quale est & quæstionem quale quid aliquando differentia attribuitur in hac quæstione, accidens in illa.

καθ' ὑποκειμένου μὲν οὐδενὸς λέγεται, οἱ οὐ τῇ εἴδει διαφέρουσιν ἀλλήλων, ἀλλὰ τῷ ἀριθμῷ· τὸ δὲ ζῷον γένος ὂν, ἀνθρώπου καὶ βοὸς καὶ ἵππου κατηγορεῖται, οἳ διαφέρουσι [καὶ] τῷ εἴδει ἀλλήλων, ἀλλ' οὐχὶ τῷ ἀριθμῷ μόνον. ¶ Τοῦ δ' αὖ ἰδίκ διαφέρει τὸ γένος, ὅτι τὸ μὲν ἴδιον καθ' ἑνὸς μόνου εἴδους, ᾧ ἔστιν ἴδιον, κατηγορεῖται, ἔστι γὰρ ὑπὸ τὸ εἶδος ἀτόμων· ὡς τὸ γελαστικὸν ἀνθρώπου μόνου, καὶ πάντες ἄνθρωποι· τὸ δὲ γένος οὐχ ἑνὸς εἴδους κατηγορεῖται, ἀλλὰ πλειόνων τε καὶ διαφερόντων [τῷ εἴδει.] ¶ Τῆς δ' αὖ διαφορᾶς ἔστι τὸ κοινὸς συμβεβηκότων διαφέρει τὸ γένος. ὅτι εἰ καὶ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ εἴδει κατηγορεῖται αἱ διαφοραὶ καὶ τὰ κοινῶς συμβεβηκότα, ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖται, ἀλλ' ἐν τῷ ὁποῖόν τί ἐστιν. ἐρωτωμένων γὰρ τινῶν τί ἔστιν ἐκεῖνο, καθ' ὃ κατηγορεῖται ταῦτα, τὸ γένος ἀποκρινόμεθα· τὰς δὲ διαφορὰς ἢ τὰ συμβεβηκότα οὐκ ἀποκρινόμεθα· οὐ γὰρ ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖται τοῦ ὑποκειμένου, ἀλλὰ μᾶλλον ἐν τῷ ὁποῖόν τι ἔστιν· ἐν γὰρ τῷ ἐρωτᾶν, ὁποῖόν τί ἐστι [ὁ] ἄνθρωπος, φαμὲν ὅτι λευκός· καὶ ἐν τῷ, ὁποῖόν τί ἐστι ὁ κόραξ, φαμὲν ὅτι μέλας. ἔστι δὲ τὸ μὲν λευκὸν, διαφορὰ· τὸ δὲ μέλαν, συμβεβηκός· ὅταν δὲ τί ἐστιν ἄνθρωπος ἐρωτηθῶμεν, ζῷον ἀποκρινόμεθα· ἴδιον δὲ ἀνθρώπου γένος, τὸ ζῷον. ¶ Ὡς τε τὸ μὲν κατὰ πλειόνων λέγεσθαι τὸ γένος, διαστέλλει· ὡς τὸ δὲ καθ' ἑνὸς μόνου τὸ ἄτομον κατηγορεῖσθαι. ¶ Τὸ δὲ διαφέρειν τῷ εἴδει, διαστέλλει κατὰ τὰ ὡς εἰδῶν κατηγορουμένων, ἢ ὡς ἰδίων.

¶ Τὸ

16 ¶ Τὸ δὲ ἐν τῷ τί ὄντι κατηγορεῖσθαι, χωρίζει αὐτὸ ἀπὸ τῶν διαφορῶν τῷ κοινῷ συμβεβηκότων· ἃ οὐκ ἐν τῷ τί ὄντι, ἀλλ' ἐν τῷ ποιόν τί ὄντι, ἢ πῶς ἔχον τι ὄντι, κατηγορεῖται ἐκείνων ὧν κατηγορεῖται.

17 ¶ Οὐδὲν ἄρα περισσόν, οὐδὲ ἐλλεῖπον ἀφίεσι τὸ ὄνομα τῆς οὐσίας ὑποχωρῆσαι τοῖς εἴδεσιν.

18 ¶ Τὸ δὲ εἶδος λέγεται μὲν καὶ ὅλη τῆς ἐκείνου μορφῆς· καθ' ὃ εἴρηται,

Πρῶτον μὲν ἄλφα, ἔπειτα τοι ἄλφιτα.

19 ¶ Λέγεται δὲ εἶδος, καὶ τὸ ὑπὸ τὸ κατιόντων ὄνομα. καθ' ὃ εἰώθαμεν λέγειν τὸν μὲν ἄνθρωπον εἶδος τοῦ ζώου, ὄνους ὄντος τοῦ ζώου· τὸ δὲ λευκὸν, ἢ χρώματος εἶδος· τὸ τρίγωνον, τοῦ σχήματος εἶδος. ¶ Εἰ δὲ [χρὴ] τὰ ὄνομα κατιόντα, ἢ εἴδους ἐμερισμένα ἴσθι, εἰπόντες τὸ κοινότατον καὶ ἐξαφελέντων τῷ εἴδει ἐν τῷ τί ὄντι κατηγορεῖσθαι μόνον ἢ τὸ εἶδος φαμὲν τὸ ὑπὸ τὸ κατιὸν τὸ κατιὸν γένος· εἰδίναι χρὴ, ὅτι ἐπεὶ καὶ τὸ γένος τινὸς ὄντι ὄνους, καὶ τὸ εἶδος τινὸς ὄντι εἴδους, [ἑκάτερον ἑκατέρου,] ἀνάγκη ἐν πᾶσι ἀμφοτέροις λόγοις τὰ χρῆσθαι ἀμφοτέροις. ¶ Ἀποδίδασιν οὖν τὸ εἶδος ὧδε οὕτως, εἶδος ὄντι τὸ κατὰ μέρων ὑπὸ τὸ γένος· ὃ, ἢ τὸ γένος ἐν τῷ τί ὄντι κατηγορεῖται. ¶ Ἔτι δὲ καὶ ὧδε, εἶδός ὄντι τὸ καθ' ὑποκειμένων καὶ διαφερόντων τῷ ἀριθμῷ ἐν τῷ τί ὄντι κατηγορούμενον. ¶ Ἀλλ' αὖ τι μᾶλλον ἢ κατάδηλα, τὰ ἀδικώτατον ἂν εἴη, καὶ ὃ ὄντι μόνον εἶδος, [οὐκέτι δὲ καὶ γένος·] ἀεὶ δ' ἄλλα εἶναι αὖ καὶ τῷ μὴ εἰδικώτατον, συφὲς δ' αὖ ἐν τῷ λεγόμενον, τὸν τῶν ζώων.

16 ¶ Denique eo quòd attribuitur in *quæstione* quid est, separatur à differentiis & à communiter accidentibus, quæ non in *quæstione* quid est, sed in *quæstione* quale quid est, aut quomodo quid affectum est, attribuuntur, vnumquodque *seruiens ijs* quibus
17 attribuitur. ¶ Nihil igitur superuacuum, nihil prætermissum est in dicta generis, *id est*
18 notionis, descriptione. ¶ Species verò dicitur etiam de cuiusque forma, qua *significatione* dictum est,[a]

a Ab Euripide, teste Athenæo lib. 9 cap. 7. & Strabone in sermone de pulchritudine.

Primùm quidē species dicta est imperio.

19 ¶ Dicitur quoque species quæ sub explicato genere *ponitur*, qua *significatione* consueuimus dicere hominem esse speciem animalis · album, speciem coloris · triangulum, speciem figuræ. ¶ Quòd si genus definientes, speciei mentionem fecimus dicentes, Quod pluribus & differentibus specie attribuitur in *quæstione* quid est? & speciem dicimus *esse*, quæ sub explicato genere *ponitur*: nosse oportet; quoniam & genus alicuius est genus, & species alicuius est species, vtrumque vtriusque; necesse esse etiam in vtrorumque definitionibus vtriusque vti. ¶ Explicant igitur speciem & sic[b], Species est quæ collocatur sub genere: &, Cui genus attribuitur in *quæstione* quid est. ¶ Præterea etiã sic, [c] Species est quæ pluribus & differentibus numero attribuitur [d] in *quæstione* quid est. ¶ Sed hæc est explicatio *speciei* specialissimæ, & quæ est tãtùm species, nũquã genus. aliæ verò sunt etiã earũ quæ non sunt specialissimæ. ac manifestum hoc modo [e] fiet quod dicimus.

b Obserua speciem non definiri vt est categoremata, sed quã subiungitur genus.

c Hæc definitio conuenit speciei infimæ quæ tamen est categoremata.

d Sub. *tantùm*. vel, *proxime & per se*. nã genus de pluribus differentibus dicitur non tã per se quàm per speciẽ specialissimam.

e Ex diuisione generis & specierũ explicanda in seq. cap.

Generum & specierum diuisio. CAP. III.

1 *Diuisio.* 2 *Singulorum diuisiuum membrorum definitiones.* 3 *Exempla in categoria substantiæ.* 4 *Habitus subalternorum.* 5 *Et extremorum.* 6 *Definitionis genus.* 7 *Specialissimi,* 8 *& subalternorum.* 9 *Expositio à simili.* 10. *Numerus generalissimorum,* 11 *Specialissimorum,* 12 *& individuorum.* 13 *De definitionis generalissimorum,* 14 *Specialissimorum,* 15 *& individuorum.* 16 *De definitionis.* 17 *De ratione totius continentis & partis contentæ.* 18 *Epilogus.*

IN vnaquaque categoria sunt 1 quædam generalissima, quædam specialissima: & inter generalissima & specialissima, *sunt* alia, quæ eadem *sunt* genera & species. 2 ¶ Generalissimum est, quo nullum potest esse superius genus. Specialissimum est, quo nulla potest esse inferior species. inter generalissimum & specialissimum *sunt* alia, quæ eadem sunt & genera & species, si tamen ad aliud atque aliud referantur. ¶ Fiat autem in vna categoria manifestum quod dicimus. Substantia est & ipsa genus. sub ea est corpus. & sub corpore animatum corpus. sub quo animal. sub animali autem rationale animal. sub quo homo. sub homine autem Socrates, & Plato, & singuli homines.

a In categoriis colligantur, eiciam indiuidua, ne efficiar ex lib. Categoriar. ca. de substantia.

ΚΑΘ' ἑκάστω καταιρεῖται ὅτι 1
τινα γενικώτατα, & πάλιν ἄλλα εἰδικώτατα, καὶ μεταξὺ τῶν γενικωτάτων καὶ τῶν εἰδικωτάτων ἄλλα ἀ[καὶ]γένη καὶ εἴδη λέγεται τὰ αὐτά. ¶ Ἔστι δὲ γενικώτατον 2
μὲν, ὑφ' ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο ἐπάνω γενικώτερον γένος. εἰδικώτατον δὲ, μεθ' ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο ὑποδεέστερον εἶδος. μεταξὺ δὲ τῶν γενικωτάτου & εἰδικωτάτου ἄλλα, ἀ[καὶ]γένη καὶ εἴδη ὄντα τὰ αὐτά, ᾗ ἄλλο μέν τι & ἄλλο λαμβανόμενα. 3
¶ Γενικώτατον δὲ ὅταν μιᾶς καταιρέσεως σαφὲς τὸ λεχθὲν ᾖ. οὐσία, ἔστι μὲν & αὐτὴ γένος. ὑπὸ δ' ταύτην ὄντι σῶμα. καὶ ὑπὸ τὸ σῶμα, ἔμψυχον σῶμα. καὶ ὑπὸ τοῦτο, τὸ ζῷον. ὑπὸ δὲ τὸ ζῷον, λογικὸν ζῷον. ὑφ' ὃ ὁ ἄνθρωπος. ὑπὸ δὲ τὸν ἄνθρωπον, Σωκράτης, [καὶ] Πλάτων, & οἱ καθ' ἕκαστοι ἄνθρωποι.

Genus



Ἀλλὰ τούτων, ἡ μὲν οὐσία, τὸ γενικώτατον, ἄ ὁ μόνον γένος. τὸ δὲ ἄνθρωπος, τὸ εἰδικώτατον, καὶ ὁ μόνον εἶδος. Τὸ σῶμα, εἶδος μὲν τῆς οὐσίας, γένος δὲ ἔμψυχου σώματος. ἀλλὰ ἄ τὸ ἔμψυχον σῶμα, εἶδος μὲν σώματος, γένος δὲ τοῦ ζώου.

Sed ex his substantia est generalissimum illud & solùm genus. homo verò est specialissimum illud, & solum species. corpus autem est genus substantiæ, species animati corporis. & animatum quoque corpus est species corporis, genus animalis.

a Aristoteles tamen 4 topic. 5 negat animal esse speciem corporis.

terũ animal, *ipse* species animati corporis, genus rationalis animalis. rationale animal, *ipse* species animalis, genus hominis. homo verò, *ipse* quidem species animalis rationalis, sed non *ipse* etiam genus singulorum hominum, verùm species tantummodò. & omne, quod ante individua proxime attribuitur, species solum est, non etiam genus. Vt igitur substantia, quæ in summo loco posita est, quia nullum habet ante se genus, est generalissimum illud: ita etiam homo, qui est species post quã non est alia species, nec aliquid quod possit dividi in species, sed individua. (individuum enim est Socrates, & Plato, & hoc album) solum est species, & extrema illa species, &, vt diximus, specialissimum illud. Media verò, priorum species, posteriorum genera sunt. ¶ Quocirca duo sunt horum habitus: *alter* ad priora, quo species eorum esse dicuntur: *alter* ad inferiora, quo genera eorum esse dicuntur. ¶ Extremorum verò vnus est habitus. sunè enim generalissimum erga inferiora affectum est, quorum omnium est genus: erga superiora non item; cùm sit summum, primúmque principium, &, vt diximus, *id* quo nullum est superius genus. Sed & *species* specialissimæ vnus est habitus, quo quidem erga anteriora, quorum est species, affecta est. nec verò est alius habitus, quo refertur ad posteriora: sed & individuorũ species dicitur. Verùm species individuorum dicitur vt ea continens: species verò priorum vt *id* quod ab eis cõtinetur.

πόλιν τὸ ζῶον, εἶδος μὲν τὸ ἐμψύχου σώματος, γένος δὲ τὸ λογικοῦ ζώου. τὸ δὲ λογικὸν ζῶον, εἶδος μὲν τοῦ ζῶου, γένος δὲ τοῦ ἀνθρώπου. ὁ δὲ ἄνθρωπος, εἶδος μὲν τοῦ λογικοῦ ζώου, οὐκέτι δὲ καὶ γένος τῶν καθ' ἕκαστα ἀνθρώπων, ἀλλὰ μόνον εἶδος. καὶ πᾶν τὸ μετὰ τὰ ἄτομα προσεχῶς κατηγορούμενον, εἶδος ἂν εἴη μόνον, οὐκέτι δὲ καὶ γένος. ὡς περ οὖν ἡ κατὰ πρῶτον οὐσία, τοῦ μηδὲν ἔτι πρὸ αὐτῆς γένος, ἐπὶ τὸ γνησιώτατον· οὕτω καὶ ὁ ἄνθρωπος, εἶδος ὢν μόνον ὁ οὐκ ἔστιν ἄλλο εἶδος, οὐδ' ἐπὶ τὰ πρὸ τιμιώτερα δυναμένων εἶδη, ἀλλὰ τῶν ἀτόμων (ἄτομον γὰρ Σωκράτης, καὶ Πλάτων, καὶ πᾶν τὸ λευκὸν) μόνον ἂν εἴη εἶδος, καὶ τὸ ἔσχατον εἶδος, ὡς ἐφαμεν. τὸ δὲ μέσον, τῶν μὲν πρὸ αὐτῶν εἴη ἂν εἶδη· τῶν δὲ μετ' αὐτὰ, γένη. ¶ Ὡς τε ταῦτα μὲν ἔχει σχέσεις δύο, τὴν τε πρὸς τὰ πρὸ αὐτῶν, καθ' ὧν εἰδητικῶς λέγεται· τὴν τε πρὸς τὰ μετ' αὐτὰ, καθ' ὧν γένη λέγεται. ¶ τὰ δ' ἄκρα μίαν ἔχει σχέσιν. τό, τε γὰρ γνησιώτατον τὸ μὲν ὡς πρὸς τὰ ὑφ' αὐτὸ ἔχει σχέσιν, γένος ὂν πάντων τὸ αὐτὸ γνησιώτατον· τὸ δὲ ὡς πρὸς τὰ πρὸ αὐτὸ οὐκέτι ἔχει, αὐτὸ γὰρ ὂν καὶ πρώτη ἀρχὴ, καὶ, ὡς ἐφαμεν, ὑπὲρ ὃ οὐκ ἂν εἴη ἄλλο ἐπαναβεβηκὸς γένος. τὸ δὲ εἰδικώτατον μίαν ἔχει καὶ αὐτὸ σχέσιν· τὴν μὲν ὡς πρὸς τὰ πρὸ αὐτὸ ὧν ὂν εἶδος. τὴν δὲ ὡς πρὸς τὰ μετ' αὐτὸ, οὐκ ἀλλοίαν ἔχει σχέσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀτόμων εἶδος λέγεται. ἀλλ' εἶδος μὲν λέγεται τῶν ἀτόμων, ὡς περιέχον αὐτά· εἶδος δὲ πάλιν τῶν πρὸ αὐτοῦ, ὡς περιεχόμενον ὑπ' αὐτῶν.

¶ Ἀφο-

6 ¶ Ἀφορίζονται τοίνυν τὸ μὲν γενικώτατον [γένος], ὃ γένος ὂν, οὐκ ἔστιν εἶδος. καὶ πάλιν, ὃ γὰρ ὂ οὐκ ἂν
7 εἴη ἄλλο ἐπαναβεβηκὸς γένος. ¶ Τὸ δὲ εἰδικώτατον [εἶδος οὔτως,] ὃ εἶδος ὄν, οὐκ ἔστι γένος· καὶ, ὃ εἶδος ὄν, οὐκ ἂν διαλοίμεθα εἰς εἴδη. [ἔστι δὲ] καὶ, ὃ κατ' πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ ἀριθμῷ ἐν τῷ τί ἐστι κα-
8 τηγορεῖται. ¶ Τὰ δὲ μέσα τῶν ἄκρων, ὑπαλληλά τε καλοῦσιν εἴδη καὶ γένη, καὶ ἔστιν αὐτῶν εἶδος ἅμα καὶ γένος πάντα, ἕως ἄλλο μή τι καὶ ἄλλο λαμβάνωμεν. τὰ γὰρ ἐφεξῆς τῶν εἰδικωτάτων ἀεὶ τὰ γενικώτερα αὐτῶν ἐστι, γένη τε λέ-
9 γεται καὶ εἴδη ὑπαλληλα. ¶ Ὡς ὁ Ἀγαμέμνων, Ἀτρείδης καὶ Πελοπίδης, καὶ Ταντάλιδης, ἐκ τε πελάσσαν
10 Διός. ¶ Ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν γενεαλογιῶν εἰς ἕνα ἀνάγουσι (φέρε εἰπεῖν τὸν Δία) τὸν ἀρχηγόν, ὃς ἔστι τὸ πρῶτον. ἔστι δὲ τῶν γενῶν τε καὶ εἰδῶν οὐχ οὕτως ἔχει· οὐ γάρ ἐστι κοινὸν γένος πάντων τὸ ὄν· οὐδὲ πάντα ὁμωνύμως κατ' ἐκεῖνο λέγοιτο ἂν τὸ ἀφωτάτω γένος, ὡς φησιν Ἀριστοτέλης· ἀλλὰ κενόν, ὥσπερ ἐν ταῖς κατηγορίαις, τὰ πρῶτα δέκα γένη, οἷον ἀρχαὶ δέκα πρῶτοι. κἂν δὴ πάντα τις, ὅσα κυρίᾳ ὀμωνύμως φησὶ καλεῖσθαι, ἀλλ' οὐ συνωνύμως. εἰ μὲν γὰρ ἓν κοινὸν ἦν γένος πάντων τὸ ὂν, συνωνύμως ἂν πάντα, ὅσα ἐλέγετο. δέκα δὲ ὄντων τῶν πρώτων, ἡ ποιωνία τῷ ποιῶμα μόνον, οὐ μὴν καὶ τῷ λόγον ἔχειν τοῦ ποιῆμα. δέκα μὲν οὖν τὰ γενικώτατα. ¶ Τὰ δὲ εἰδικώτατα ἐν ἀριθμῷ μέν ἐστιν, οὐ μὴν ἀπείρῳ. ¶ Τὰ δὲ ἄτομα, ἅπερ ἐστὶ τὰ μετὰ τὰ εἰδικώτατα, ἄπειρα.

6 ¶ Sic igitur definiunt genus generalissimum, Quod, cùm sit genus, non est species. & rursus, Quo non est aliud superius
7 genus. ¶ Speciem autem specialissimam sic *definiunt*, Quæ, cùm sit species, non est genus. &, Quæ, cùm sit species, in species dividi nequit. item, Quæ pluribus & differentibus numero attribuitur in *quæstione* quid est. ¶ Media verò extremorum, vocant species & genera subalterna. & vnumquodque eorum, genus ac speciem esse ponunt, si cum alio atque alio conferatur. Nam quæ *sunt* ante specialissima adscendendo vsque ad generalissimum, genera & species subalternæ dicuntur. ¶ Vt Agamemnon, Atrides, Pelopides, Tantalides, & postremùm Iovis. ¶ Sed in genealogiis advnú principium, (verbi gratia ad Iouem) plerumque referunt. Generum verò & specierum alia est ratio, quoniam Ens non est commune omnium genus: nec omnia ratione suprem i generis sunt homogenea, vt ait Aristoteles. sed ponamus, vt in Categoriis, prima decem genera, quasi prima decem principia. quòd si quis omnia appellet ENTIA, appellatio (inquit) homonyma[a] erit, non synonyma, etenim si Ens esset commune omnium genus, omnia synonymos dicerentur Entia. sed cùm decem sint prima: communitas est in nomine tantùm, nõ in definitione ad illud nomen accõmodata. Decẽ igitur sunt generalissima. ¶ Sed specialissima sunt quidẽ aliquo numero non tamen infinito.
12 ¶ Individua verò, quæ sunt post specialissima, *sunt* infinita.

[a] Immo ens nec συνωνύμως dicitur nec ὁμωνύμως, sed non κατὰ μίαν τινὰ σημασίαν. vt Aristoteles docet lib. 1. primæ philosophiæ, cap. 2.

¶ Idcirco cùm vsque ad specialissima à generalissimis descendérimus, iubebat [a] Plato quiescere: descendere autem per ea quæ sunt in medio, diuidendo specificis differentiis. infinita verò, inquit, omittenda, quia nō potest eorū esse scientia. ¶ Descendendo igitur ad specialissima, necesse *est* diuidentes per multitudinem ire. adscendendo autem ad generalissima, necesse est colligere multitudinem in vnum. vim enim multa in vnum colligendi habet species, & adhuc magis genus. contra verò quæ sunt in parte & singulæ res vnum in multa semper diuidūtur. etenim speciei participatione multi homines sunt vnus *homo*. ob eos verò qui sunt in parte & singulos, vnus ille & cōmunis *est* multi. quia singulare habet vim diuidendi: cōmune autem habet vim colligendi & vniendi. ¶ Iā verò cùm quid sit genus, & quid species, explicatum sit. cùmque genus sit vnum, species plures: (quandoquidem [b] diuisio generis semper *fit* in plures species) genus [c] quidem semper speciei attribuitur, & omnia superiora inferioribus. species autem nec generi proximo nec superioribus *attribuitur*: quia non reciprocatur. oportet enim aut æqualia æqualibus attribui, vt equo aptum ad hinniendum: aut maiora minoribus, vt animal homini: sed minora maioribus non item. Nam dicere non potes animal esse hominem, vt dicere potes hominem esse animal. Quibus autem species attribuitur, iis etiam speciei genus necessariò attribuetur, & generis genus, vsque ad generalissimum. nam si vere dicitur, Socratem *esse* hominem,

[a] In Phileb. tomo 3. editionis Henrici Stephani, pag. mihi 30.

[b] Coniunge 4. supra cap. 3.

[c] Coniunge regulam 1. cap. 3. Categor. & regulam De oppositis, cap. 11.

¶ Διὸ μέχρι τῶν εἰδικωτάτων ἀπὸ τῶν γενικωτάτων κατιόντας, παρεκελεύετο ὁ Πλάτων παύεσθαι κατιόντας ἢ διὰ τῶν μέσων διαιροῦντας ἢ εἰδοποιοῖς διαφοραῖς· τὰ δ' ἀπειρα φησὶν εἶναι, μηδὲ δεῖ [αὐτὰ] γνώσεις τούτων δεῖσθαι. ¶ Καταίοντας μὲν οὖν εἰς τὰ εἰδικώτατα, ἀναγκαῖον διαιρέσεις ἢ εἰς τὰ γνωριστικὰ εἶναι· ἀναίροντας δὲ πλῆθος εἶναι συμπερέαν τὸ πλῆθος εἰς ἕν. συναγωγὴ δὲ τῶν πολλῶν εἰς μίαν φύσιν τὸ εἶδος, ἢ ἔτι μᾶλλον τὸ γένος· τὰ δὲ κατὰ μέρος ἢ καθ' ἕκαστα, πανταχοῦ εἰς πλῆθος ἀεὶ διαιρεῖ τὸ ἕν· τῇ μὲν γὰρ τὰ εἴδους μετουσίᾳ, οἱ πολλοὶ ἄνθρωποι εἷς· τοῖς δὲ κατὰ μέρος καὶ καθ' ἕκαστα, ὁ εἷς καὶ κοινὸς πλείους. διαιρετικὸν μὲν γὰρ τὸ καθ' ἕκαστον συλλεπτικὸν ἢ ἔτι μᾶλλον τὸ κοινόν. ¶ Ἀποδεδομένου δὲ τοῦ γένους καὶ τοῦ εἴδους, τί ἕκαστον ἐστιν ἐκκειμένου, καὶ τὰ μὲν γένους εἴδεσι πλείοσιν ἐστιν, τὰ δὲ εἰδῶν πλειόνων (ἀεὶ γὰρ εἰς πλείονα εἴδη ἡ τομὴ τοῦ γένους) τὸ μὲν γένος ἀεὶ τῶν εἰδοποιῶν κατηγορεῖται, καὶ πάντα τὰ ἐπάνω τῶν ὑποκάτω. τὸ δὲ εἶδος οὔτε τοῖς ὑπερκειμένοις αὐτοῦ γένεσι, οὔτε τῶν ὑπάτων. οὐδὲ γὰρ ἀντιστρέφει δεῖ γὰρ ἢ τὰ ἴσα τοῖς ἴσοις κατηγορεῖσθαι, ὡς τὸ χρεμετιστικὸν τῷ ἵππῳ· ἢ τὰ μείζω τῶν ἐλαττόνων, ὡς τὸ ζῷον τῷ ἀνθρώπῳ· τὰ δὲ ἐλάττω τῶν μειζόνων, οὐκέτι. οὐκέτι γὰρ τὸ ζῷον εἴποις ἂν ἄνθρωπον, ὥσπερ τὸ ἄνθρωπον εἴποις ἂν ζῷον. καθ' ὧν δὲ τὸ εἶδος κατηγορεῖται, κατ' ἐκείνων καὶ τὸ τοῦ εἴδους γένος (ἐξ ἀνάγκης κατηγορηθήσεται), καὶ τὸ τῶν γένους γένος ἄχρι τοῦ γενικωτάτου. εἰ γὰρ ἀληθὲς τὸ τὸν Σωκράτην εἶναι ἄν-

ἀνθρω-

ἄνθρωπον, τὸν δὲ ἄνθρωπον ζῷον, τὸ δὲ ζῷον οὐσίαν· ἀληθὲς ἄρα τὸν Σωκράτη εἶναι ζῷον εἰπεῖν καὶ οὐσίαν. ἀεὶ γὰρ τῶν ἐπάνω κατηγορευμένων τῶν ὑποκάτω, τὰ μὲν εἴδη τῶν ἀτόμων κατηγορηθήσεται, τὸ δὲ γένος[b] τῶν εἰδῶν, καὶ τῶν ἀτόμων τὸ γενικώτατον, καὶ τῶν γενῶν, εἰ πλείω εἴη τὰ μέσα καὶ ὑπαλλήλως, καὶ τῶν εἰδῶν, καὶ τῶν ἀτόμων. λέγεται γὰρ τὸ μὲν γενικώτατον τῶν πάντων τῶν ὑφ' αὑτὸ γενῶν τε καὶ εἰδῶν καὶ ἀτόμων· τὸ δὲ γένος περὶ τὰ εἰδικώτατα τῶν, κατὰ πάντων τῶν εἰδικωτάτων, καὶ ἀτόμων· τὸ δὲ μόνον εἶδος, τῶν πάντων τῶν ἀτόμων· τὸ δὲ ἄτομον, ἐφ' ἑνὸς μόνου τῶν καθ' μέρος. ¶ Ἄτομον δὲ λέγεται ὁ Σωκράτης, ἢ τυπτόμενον τὸ λοιδορούμενον, ἢ ὅτι ὁ περιστὰς Σωφρονίσκου υἱός, εἰ μόνος ἀπῇ εἴη Σωκράτης υἱός. ἄτομα δὲ λέγεται τὰ τοιαῦτα, ὅτι ἰδιότητας συνέχειν ἔχουσιν, ὧν τὸ ἄθροισμα οὐκ ἂν ἐπ' ἄλλῳ [τινὸς] ποτε τὸ αὐτὸ γένοιτο. αἱ γὰρ Σωκράτους ἰδιότητες οὐκ ἂν εἶεν ἄλλου τινὸς τῶν καθ' μέρος ἡγοῦντ' ἂν αἱ αὐταί. αἱ μὲν τοι τοῦ ἀνθρώπου (λέγω δὴ τοῦ κοινοῦ) ἰδιότητες, ἡγοῦντ' ἂν αἱ αὐταὶ ὅσαι πλείονων, μᾶλλον δὲ ὅσαι πάντων τῶν καθ' μέρος ἀνθρώπων, καθὸ ἄνθρωποι. ¶ Περιέχει δὲ τὸ μὲν ἄτομον τοῦ εἴδους, τὸ δὲ εἶδος τοῦ γένους. ὅλον γάρ τι τὸ γένος· τὸ δὲ ἄτομον, μέρος· τὸ δὲ εἶδος καὶ ὅλον καὶ μέρος· ἄλλα μέρος μὲν ἄλλου, ὅλον δὲ οὐκ ἄλλου, ἀλλ' ἐν ἄλλοις· ἐν γὰρ τοῖς μέρεσι τὸ ὅλον. ¶ Περὶ μὲν οὖν γένους καὶ εἴδους, καὶ τί τὸ γενικώτατον, καὶ τί τὸ εἰδικώτατον, καὶ ἵνα γένη τὰ αὐτὰ καὶ εἴδη, ἵνα τε ἄτομα, καὶ ποσαχῶς τὸ γένος καὶ τὸ εἶδος, εἴρηται.

hominem *esse* animal, animal *esse* substantiam: verè etiam dicetur, Socratem esse animal & substantiam. cùm enim semper superiora inferioribus attribuantur: species[a] indiuiduo attribuetur: genus[b] & speciei, & indiuiduo: generalissimum & generi, vel generibus si plura sint media, & subalterna, & speciei, & indiuiduo. quia generalissimum dicitur de omnibus generibus, & speciebus, & indiuiduis, quæ sub se sunt. genus quod est ante *speciem* specialissimam, de omnibus specialissimis, & indiuiduis. quæ species est dumtaxat, de omnibus indiuiduis. indiuiduum de vno tantùm particulari. ¶ Indiuiduũ autem dicitur Socrates: &, Hic aduenies: &, Sophronisci filius, si modò solus ei Socrates filius sit. quæ quidem dicuntur indiuidua, quia vnumquodque conflat ex proprietatibus, quarum collectio numquam in aliquo alio eadem esse potest. nam Socratis proprietates non possunt in aliquo alio eædem esse. hominis verò (communis inquam) proprietates, sunt eædem in pluribus, immò in omnibus particularibus hominibus quâ homines *sunt*. ¶ Continetur igitur indiuiduum à specie: species à genere. propterea quod genus est totum quoddam: indiuiduum, pars: species, & totum & pars: sed pars alius, totum non alius, sed in aliis, quia totum est in partibus. ¶ De genere igitur & specie, & quid *sit* generalissimum, & quid specialissimum, quæque eadem *sint* genera & species, necnõ quę sint indiuidua, & quot modis *accipiantur* genus & species, dictum est.

a Specialissima
b Subalternum

c Lego, ὁ Σωφρονίσκου υἱός, vt hoc sit exemplum indiuidui determinatum à præcedentibus ὅτι ὁ περιστὰς Σωφρονίσκου υἱός. Porphyrius videtur frustra addere, εἰ μόνος &c quia demonstratio illa ὅτι ὁ περιστὰς satis distinguit Socratem à fratribus, si forte fratres habeat.

De differentia, CAP. IV.

¶ De differentia insigniora excerpta. Distinctio prima in differentiam 2 communiter, 3 propriè, 4 & maximè propriè dictis. 5 Collatio dictarum differentiarum sumpta ab effectu, 6 ab appellatione, 7 & vsu. 8 Distinctio secunda in separabiles & inseparabiles. 9 Subdistinctio inseparabilium in differentias per se, & per accidens. 10 Collatio membrorum secundæ distinctionis ab vsu, & effectu, 11 & proprietate. 12 ¶ De differentia per se. Collatio primum distinctarum cum vna subiecta: vnde colligitur diuisio in diuisiua & coniunctas. 13 Collatio vnius differentiæ cum pluribus subiectis: vnde colligitur eandem differentiam diuidere genus superius, & constituere speciem inferiorem. 14 Nomica. 15 V sus. 16 Definitio prima, 17 secunda, 18 tertia, 19 quarta. 20 Supplementum tertiæ & quartæ definitionis. 21 ¶ Epilogus.

DIFFERENTIA verò communiter, & propriè, & maximè proprie dicatur. ¶ Communiter differre[2] alterū ab altero dicitur, quod vacietate distat quomodocumque vel à semetipso vel ab alio. differt enim Socrates à Platone varietate: & ipse à se ipso, cùm est puer, & cùm vir effectus; & cùm agit aliquid, aut agere desiit. sempérque in varietatibus, quibus est aliquo modo affectus cernitur. ¶ Proprie differre alterum ab altero dicitur[3], quando inseparabili accidente alterum ab altero differt. inseparabile autem accidens est, vt oculorum cæcitas, aut nasi aduncitas, aut cicatrix cùm ex vulnere quasi callum obduxit.

¶ Maximè propriè differre alterum ab altero dicitur[4], cùm specificâ differentiâ distat: vt homo ab equo differt specificâ differentiâ, *id est* rationali quasi[a] ſitate[a]. ¶ Vniuersaliter igitur[5] omnis differentia aliqui adiuncta varium facit. sed quæ communiter, & *quæ* propriè accipiuntur, diuersum efficiunt; quæ verò maximè propriè, aliud.

¶ Sanè quæ faciunt aliud, specificæ vocantur. quæ autem diuersum, simpliciter[b] differentiæ. nam animali accedens Rationalis differētia, aliud fecit, & speciem animalis fecit. *differētia* autem à motu sumpta, diuersum

a Qualitatem intelligit substantiale, vt infra c. 12. part. 2. & Categoriarum 5. part. 1ª.

b Id eſt ſine addita ſpecie.

ΔΙΑΦΟΡΑ δὲ κοινῶς τε, καὶ ἰδίως, καὶ ἰδιαίτατα λεχθέωσ. ¶ Κοινῶς μὲν οὖν διαφέρειν[2] ἕτερον ἑτέρου λέγεται, τὸ ἑτερωτικῶ διαλλάττον ὁπωσοῦν, ἢ πρὸς ἑαυτὸ, ἢ πρὸς ἄλλο. διαφέρει γὰρ Σωκράτης Πλάτωνος τῇ ἑτερότητι· ἢ αὐτὸς ἑαυτῷ παιδός τε ὄντος καὶ ἀνδρωθέντος, καὶ ἐνεργοῦντός τι ἢ παυσαμένου. καὶ ἀεί γε ἐν τοῖς τοῦτο ἔχουσι ἑτερότητι διαφέρεται.

¶ Ἰδίως δὲ διαφέρειν ἕτερον ἑτέρου λέγεται[3], ὅταν ἀχωρίστῳ συμβεβηκότι τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διαφέρει. ἀχώριστα δὲ συμβεβηκότα, οἷον γλαυκότης, ἢ γρυπότης, ἢ οὐλὴ ἢ φαύματος ἐπιπρόσθησις. ¶ Τὰ[4] διαίτατα δὲ διαφέρειν ἕτερον ἑτέρου λέγεται, ὅταν εἰδοποιὸν διαφορὰ διαλλάττῃ· ὅσπερ ἀνθρωπος ἵππου εἰδοποιὸν διαφορᾷ διαλύοιτο, τῇ τοῦ λογικοῦ πείσει[a]. ¶ Καὶ ὅλως μὲν οὖν πᾶσα διαφορὰ ποιοῦσά τινὰ, ἕτερόν τινι· ἀλλὰ τὰ μὲν κοινῶς τε καὶ ἰδίως, ἄλλο ἄλλῳ ποιοῦσιν· αἱ δὲ ἰδιαίτατα, ἄλλο.

a τῷ λόγῳ

¶ Αἱ μὲν οὖν ποιοῦσαι ἄλλο, εἶδοι[6] ποιοὶ καλοῦνται· αἱ δὲ ἄλλοῖον, ἁπλῶς[b] διαφοραὶ τῆς ζῴου φορητικὸν δύναμιν ἢ τὸ λογικὸν διαφορᾷ, ἄλλο ἐποίησεν, καὶ εἶδος τὸ ζῷον ἐποίησεν· ἢ δὲ τὸ κινεῖσθαι, ἄλλοῖον μόνον

μόνον ἐνδεχ. τὸ ἠρεμοῦν ἐπίνησεν. ὥστε ἢ μόν, ἄλλο· ἢ δὲ, ἄλλοῖον μόνον ἐπίνησε. ¶ Κατὰ μὲν οὖν τὰς ἄλλο ποιούσας διαφορὰς, αἵ τε διαιρέσεις τῶν γενῶν γίνονται εἰς τὰ εἴδη, οἵ τε ὅροι ἀποδίδονται ἐπὶ γένους ὄντες καὶ τῶν ποιούτων διαφορῶν. κατὰ δὲ τὰς μόνον ἀλλοῖον ποιούσας, αἱ ἐπιτάσεις μόνον συνίστανται, καὶ αἱ τῶν πως ἐχόντος μεταβολαί. ¶ Ἄνωθεν οὖν πάλιν ἀρξόμενον ἐπὶ τὸν, τῶν διαφορῶν τὰς μὲν χωριστὰς εἶναι, τὰς δὲ ἀχωρίστους τὸ μὲν δὲ κινεῖσθαι, καὶ τὸ ἠρεμεῖν, καὶ τὸ νοσεῖν, καὶ τὸ ὑγιαίνειν, καὶ ὅσα τοιαῦτα ἀδιαπλύσια, χωριστὰ εἶναι. τὸ δὲ ζῷον εἶναι ἢ σημεῖον ἢ λογικὸν ἢ ἄλογον, ἀχώριστα. ¶ Τῶν δὲ ἀχωρίστων, αἱ μὲν ὑπάρχουσι καθ' αὑτὸ· αἱ δὲ, κατὰ συμβεβηκός· τὸ μὲν λογικὸν καθ' αὐτὸ καὶ ὑπάρχειν τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ τὸ θνητὸν, καὶ τὸ ἐπιστήμης εἶναι δεκτικόν· τὸ δὲ ζῷον εἶναι ἢ σημεῖον κατὰ συμβεβηκός, καὶ οὐ καθ' αὐτό. ¶ Αἱ μὲν οὖν καθ' αὐτὸ ὑπάρχουσαι, ἐν τῷ τῆς οὐσίας λόγῳ λαμβάνονται, καὶ ποιοῦσιν ἄλλο· αἱ δὲ κατὰ συμβεβηκός, οὐτε ἐν τῷ τῆς οὐσίας λόγῳ λαμβάνονται, οὐτε ποιοῦσιν ἄλλο, ἀλλὰ ἀλλοῖον. ¶ Καὶ αἱ μὲν καθ' αὐτό, οὐκ ἔστι δέχεσθαι τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον· αἱ δὲ κατὰ συμβεβηκός, κἂν ἀχώριστοι ὦσιν, ἐπίτασιν καὶ ἄνεσιν λαμβάνουσιν, οὐτε δὲ τὸ ζῷον μᾶλλον καὶ ἧττον κατηγορεῖται οὐ αὖ εἴη ζῷας, οὐτε αἱ τῶ ζῴου διαφοραὶ, καθ' αὑ διαιρεῖται. αὗται μὲν γάρ εἰσιν αἱ τὸν ἑκάστου λόγον συμπληροῦσαι· τὸ δὲ εἶδος ἑκάστῳ, ἐν καὶ τὸ αὐτὸ, κἀ ἄνεσιν κἀτε ἐπίτασιν ἐπιδεχόμενον ἐστί. Τὸ δὲ ζῷον ἢ σημεῖον

tantùm à quiescente fecit. quare altera aliud, altera diuersum tantùm fecit. ¶ Atque ex iis differentiis quæ aliud faciunt, & diuisiones generum in species sumuntur, & definitiones afferuntur quæ constant ex generibus & huiusmodi differentiis. ex iis verò quæ diuersum modò efficiunt, diuersitates solùm consistunt & rerum aliquo modo affectarum mutationes.

¶ Rursus ab initio rem repetendo dicendum est, differentiarum alias esse separabiles, alias inseparabiles. nam moueri, & quiescere, & ægrotare, & valere, & id genus cetera, separabilia sunt. naribus autem esse aduncis vel simis, aut ratione prædirum, vel rationis expers, *sunt* inseparabilia. ¶ Inseparabilium autem aliæ attribuuntur per se, aliæ ex accidente. nam & rationale per se attribuitur homini, & mortale, & disciplinæ capax esse. naribus autem esse aduncis, aut simis, ex accidente, non per se. ¶ Quæ igitur per se adsunt, in definitione adhibentur, & faciunt aliud. quæ verò *sunt* ex accidēte, neque in definitione adhibentur, nec faciūt aliud, sed diuersum. ¶ Et quæ sunt per se, non possunt contendi, neque remitti. quæ verò *sunt* ex accidente, quamuis inseparabiles, contentionem, & remissionem admittunt. etenim neque genus magis & minùs attribuitur ei cuius est genus, nec generis differentiæ quibus diuiditur. hæ namque sunt, quæ cuiusque definitionem complent: essentia verò cuiusque *rei ipsa* vna & eadem, ac neque contentionem admittit nec remissionem. aduncum verò aut si-

mum nasum habere, aut aliquo modo coloratũ esse, & contenditur & remittitur. ¶ Cum igitur 12
tres species differentiæ perspectæ sint: eæque aliæ sint separabiles, aliæ inseparabiles: & inseparabilium aliæ sint per se, aliæ ex accidente: rursus differentiarum per se, aliæ sunt quibus diuidimus genera in species, aliæ quibus diuisa efficiuntur species.

μόν ἐστι καὶ ἀπεστερῆσθαί πως, καὶ ὅσα τοιαῦτα κ) ἀπέστερα. ¶ Τριῶν οὖν εἰ- 12
δῶν τῆς διαφορᾶς θεωρουμένων καὶ τῶν μὲν οὐσῶν χωριστῶν, τῶν δὲ ἀχωρίστων· καὶ πάλιν τῶν μὲν οὐσῶν καθ' αὑτάς, τῶν δὲ κ) συμβεβηκός· πάλιν τῶν καθ' αὑτὰς διαφορῶν, αἱ μέν εἰσι καθ' ἃς διαιροῦμέν τε γένη εἰς τὰ εἴδη, αἱ δὲ καθ' ἃς τὰ διαιρεθέντα εἴδη ποιεῖται.



Veluti cùm hæ omnes sint p se differentiæ animalis, animatũ & sensitiuũ, necnon rationale & irrationale, item mortale & im-

οἷον τῆς καθ' αὑτὸ διαφορῶν πασῶν τῶν τοιούτων ἡ ζώου κατὰ ψυχὴν τε καὶ αἴσθησιν, λογικοῦ τε καὶ ἀλόγου, θνητοῦ τε καὶ ἀθανάτου.

ἀθανάτου· ἡ μὲν τῶ ἐμψύχου καὶ αἰσθητικοῦ διαφορά, συναπτικὴ ἐστὶ τῆς τοῦ ζώου οὐσίας. ἔστι γὰρ τὸ ζῶον, οὐσία ἔμψυχος αἰσθητική. ἡ δὲ τῶ θνητοῦ καὶ ἀθανάτου διαφορά, καὶ τὸ λογικοῦ τε καὶ ἀλόγου, διαιρετικαί εἰσι τοῦ ζώου διαφοραί. δι' αὐτῶν γὰρ τὸ ζῶον εἰς τὰ εἴδη διαιρεῖται. ¶ Αἱ δὲ αὐταὶ διαιρετικαὶ διαφοραὶ τῆ ζωῆ, συμπληρωτικαὶ γίνονται καὶ συναπτικαὶ τῶν εἰδῶν. τέμνεται γὰρ τὸ ζῶον τῆ τε τοῦ λογικοῦ καὶ τοῦ ἀλόγου διαφορᾶ, καὶ πάλιν τῆ τε τοῦ θνητοῦ καὶ ἀθανάτου διαφορᾶ· αἱ μὲν τοῦ λογικοῦ καὶ τοῦ θνητοῦ διαφοραὶ, συναπτικαὶ γίνονται τῶν ἀνθρώπου καὶ θεοῦ· αἱ δὲ τοῦ θνητοῦ καὶ ἀλόγου, τῆ ἀλόγων ζώων.

mortale: rationale & sensitiuum est differentia constituens essentiam animalis. animal namque est substantia animata sentiendi facultatem habens. mortale autem & immortale, necnon rationale & irrationale sunt differentiæ diuisiuæ animalis, quia per eas diuidimus genera in species. ¶ Sed hæ differentiæ diuisiuæ generum, completiuæ sunt & constitutiuæ specierum. animal enim diuiduntur hæ differentiæ, rationale & irrationale, item mortale & immortale. sed hæ differentiæ, rationale & mortale, constituunt hominem: rationale & immortale Deum: a mortale & irrationale bruta animantia.

a Deum ponit quasi speciem animalis: & animal dixit esse speciem corporis. vnde sequitur Deum esse corpus. videtur ergo deos appellare corpora cælestia. Aristoteles quoque lib. 11. primæ philosophiæ cap. 9. Deū definit ζῶν ἄϊδιον ἄριστον, animal viuens optimum. sed lib. 4. topic. cap. 5. negauit animal esse speciem corporis.



Οὕτω δὲ καὶ τῆς αἰωτάτω οὐσίας διαιρετικῶν οὐσῶν ἥ τε ἐμψύχου καὶ ἀψύχου διαφορᾶς, ἥ τε αἰσθητικῆς τε καὶ αἰσθητου· ἡ μὲν ἐμψυχος αἰσθητικὴ συσταθεῖσα τῆ οὐσίᾳ, ἀπετέλεσαν τὸ ζῶον·

Sic etiam cum supremam substantiam diuidant hæ differentiæ, animatū & inanimatū, necnon sensitiuum & sensu carens: animata & sensitiua adiunctæ substantiæ, perficiunt animal:

animata autem & sensu carens efficiunt plantam.

ἡ δὲ ἔμψυχος καὶ αἰσθητικὴ, ἀπετέλεσαν τὸ ζῷον.



¶ Quoniam igitur eædem aliquo modo acceptæ, sunt constitutiuæ, aliquo modo diuisiuæ: omnes appellantur Specificæ.

¶ Atque harum maximè vsus *est* in diuisionibus generum, & in definitionibus: non etiam *differentiarum* ex accidente inseparabilium, & multo minùs separabilium.

¶ Has autem definientes inquiunt, Differentia est, qua species superat genus. nam homo superat animal, quia habet rationale & mortale. quandoquidem animal neque nihil horum est: (vnde enim species possent habere differentias?) nec omnes oppositas habet: (quoniam opposita simul essent in eodem) sed (vt putant) potest ita quidem omnes sub se *continuas* differentias habet, actu verò nullam, itaque nec ex non entibus aliquid fit, nec opposita sunt in eodem. ¶ Sic quoque eam definiunt, Differen-

¶ Ἐπεὶ οὖν αἱ αὐταὶ πῶς μὲν λη- 14
φθεῖσαι, γενικαί εἰσι συστατικαί· πῶς δὲ, διαιρετικαί· εἰδοποιοὶ πᾶσαι κέκληνται. ¶ Καὶ τούτων γε μάλι- 15
στα χρεία εἰς τε τὰς διαιρέσεις τῶν γενῶν, καὶ εἰς τοὺς ὁρισμούς, ἀλλ' οὐ τῶν κατὰ συμβεβηκὸς ἀχωρίστων, οὐδὲ ἔτι μᾶλλον τῶν χωριστῶν. ¶ Οἱ δὲ ὁριζόμενοί φασι· 16
διαφορά ἐστιν, ἣ ὑπερέχει τὸ εἶδος τοῦ γένους. ὁ γὰρ ἄνθρωπος, πλέον ἔχει τοῦ ζώου τὸ λογικὸν καὶ τὸ θνητόν. τὸ γὰρ ζῷον, οὔτε οὐδὲν τούτων ἐστίν (ἐπεὶ πόθεν αὐτὰ εἴδη χρῆναι ταῖς διαφοραῖς;) οὔτε δὲ πάσας τὰς ἀντικειμένας ἔχει (ἐπεὶ τὸ αὐτὸ ἅμα ἔδει τὰ ἀντικείμενα) ἀλλ' ὡς ἀξιοῦσι, δυνάμει μὲν πάσας ἔχει ταῖς ὑφ' αὑτὸ διαφοραῖς· ἐνεργείᾳ δὲ ἐ, οὐδὲ μίαν. ᾗ οὔτως οὔτε ἐξ οὐκ ὄντων τι γίνεται, οὔτε τὰ ἀντικείμενα ἅμα ἂν εἴη τῷ αὐτῷ ἐξ ἀ- 17
ρίζονται ᾗ αὐτοὺς ἔστιν, διαφο-

in contradictione non in ratiocinatione: huius autē, dare aliquem posse quod non habet, in vtroquecirs verò, Homeri poema esse figuram, quia circulus quidā sit, in ratiocinatione. Quæ autē neutro modo vitiosa erit, vera ratiocinatio censebitur.

¶ Sed vt eo redeamus, vnde digressi sumus, illud hic rogo, an mathematicorum orationes ad sententiam pertineant, nécne. Et si in ea quisquā opinione sit, vt triangulum putet esse verbum multiplex, isque interrogatus concedat, non vt eā figuram significat de qua concluditur, habere tres angulos pares duobus rectis, eritne illa ad mentem & sententiā alterius disputatio, an potius non erit? ¶ Præterea si multis modis dicatur verbū aliquod, idque nec intelligat alius, nec vllo modo suspicetur, hic quæso, quonam pacto is nō ad sententiam disputat? Aut quo tandem modo interrogare debebit, niſi prius adhibita distinctione: vt sit huiusmodi, verbi gratiā, interrogatio: sitne verū, σιγῶντα proloqui, an falsum: an potius vno modo verum, & altero falsum? At enim si nihilominus hic ita respondeas, vt nullo modo fieri illud posse dicas: cōtrā autem alius disputet, numquid erit ad sententiam tuam disputatum? Atqui ad nomen etiā quin huiusmodi argumentatio pertineat, negari nō potest. Nō est igitur vnum quoddam captionum genus ad mentem & sententiam pertinentiū. ¶ Sed illud modò verū est, nōnullas esse, quę ad nomē sunt: nec huius generis omnes esse possium, nō dico quæ veræ sint reprehēctiones, sed ne illæ quidē, quæ falsa specie veras reprehēctiones præ se ferūt: quādoquidē multæ sint captiones, quæ ne ex verbis qui dē ducūtur: quales sunt, quæ ex accidēte eruūtur, & aliæ nōnullæ. ¶ Quòd si quis existimet esse distinguendum hoc modo: dico, σιγῶντα proloqui, hoc quidem modo sic, illo verò secus: illa quidē certē primum erit valdē absurda

& iniqua postulatio, præsertim cùm illud sæpe vsuuenire videatur, vt qui interrogat, nesciat omnino multis modis dici posse, quod rogat. Quod verò multiplex esse non putes, illud vt distinguas, fieri nō potest. Deinde verò quid, quæso, hoc aliud erit quàm docere? Sic enim declarabit quo modo res habeat, ei qui nec animaduertit, nec scit, nec omnino suspicatur posse id, de quo interrogatur, alio atque alio modo accipi. Nam quid vetat, quo minùs idem facias in iis in quibus nulla est ambiguitas? Exempli causa, nónne quatuor vnitates sunt pares duobus binariis, qui sunt in quaternario? ita tamen, vt diuerso modo in quatuor insint duo binarij & quatuor vnitates. Itémque illa, éstne contrariorum eadem scientia? sed ita tamen, vt alia sint cognita, alia incognita. Quapropter qui id postulat, ignorare videtur, aliud esse docere, aliud disputare: & quòd oporteat docentem non interrogare, sed manifestum facere id, de quo agitur: disputātem verò, eum modò, quicum disputat, interrogare.

τὸ ἀξιοῦν. σχίσει δὲ κἀδοκεῖ τὸ ἐρωτᾶν μόνον πολλαχῶς ἔχειν. ἀδύνατον δὲ διαιρεῖν ὃ μὴ οἴεται. ἔπειτα τὸ διδάσκειν, τί ἄλλο ἔσται; φανερὸν δὲ ποιήσει πως ὡς ἔχει πρὸς μήτε ἐπισκεμμένῳ, μήτε εἰδότι, μήτε ὑπολαμβάνοντι, ὅτι ἄλλως λέγεται. Ἔπειτα καὶ ἐν τοῖς μὴ διπλοῖς τί κωλύει τὸν παῦρον ἢ ποιεῖν; ὡς, ἆρα ἴσαι αἱ μονάδες τῶν δυεῖν δυάσιν ἐν τοῖς τέτταρσιν; εἰσὶ δὲ δυάδες αἱ αὐταὶ, ὡδὶ συοῦσαι· αἱ δὲ, ὡδί. καὶ ἆρα τῶν ἐναντίων μία ἐπιστήμη, ἢ οὔ; ἔστι δ' ἐναντία τὰ μὲν γνωστὰ τὰ δ' ἀγνωστα. ὥστε ἔοικεν ἀγνοεῖν ὁ τοῦτο ἀξιῶν, ὅτι ἕτερον τὸ διδάσκειν τοῦ ἐξελέγχειν, καὶ ὅτι δεῖ τὸν μὴ διδάσκοντα μὴ ἐρωτᾶν. ἀλλ' αὐτὸν δῆλα ποιεῖν, τὸν δ' ἐρωτᾶν.

Collatio dialectici, tentantis, sophistici, contentiosi, demonstrantis, & pseudographi, CAP. XI.

1 Discrimen demonstrantis, & tentantis. 2 Discrimen dialectici, & sophistæ. 3 Syllogismorum tentantis eorum ac sophisticorum genera. 4 Differentia sophistæ, & contentiosi. 5 Analogia inter contentiosos, dialecticos, pseudographos, & demonstrantes. 6 Differentia contentiosi, & pseudographi. 7 Dialecticum non habere subiectum determinatum. 8 Nullum artificem interrogare. 9 Dialecticum interrogare, adeóque non demonstrare. 10 Propositum non habere subiectum determinatum. 11 Omnes quodam modo vti dialectica & peiastica. 12 Contentiosum non habere subiectum determinatum, & hac ratione distingui à pseudographo. 13 Dialecticum nosse debere locos elenchorum expositos. 14 Epilogus.

IAm verò postulare, vt is, qui cum disputatur, aut dicat, aut neget, nō est docentis ac demōstrantis, sed tentantis. Est enim tētandi ratio, pars quædam dialecticæ. Idcóque in omnib. spectat & contēplatur quid sentiāt, non illi qui verè docti sunt, sed qui rerum sibi arrogāt cognitionē, cùm sint illarū imperiti. ¶ Atque

Ἔτι τὸ φαῦλον ἢ σπουδαῖον ἀξιοῦν, οὐ δεικνύντος ἐστίν, ἀλλὰ πεῖραν λαμβάνοντος. ἡ γὰρ πειραστικὴ ἐστὶ διαλεκτικὴ τις. διὸ καὶ πρὸς πάντων ἐπισκοπεῖ ὁ διαλεκτικὸς, οὐ τὸν εἰδότα, ἀλλὰ τὸν αἰσθόμενον, καὶ φαινομένου. ¶ Οὐκοῦν

ἀτὰρ

ουδ' ᾗ τὸ φαῦλημα θεωρῶν τὰ κοινά, διαλεκτικός ἐστιν. ὁ δὲ τοῦτο φαινόμενος ποιῶν, σοφιστικός.

¶ Καὶ συλλογισμὸς ἐριστικὸς μὲν σοφιστικός ἐστιν, εἰς μὲν ὁ φαινόμενος συλλογισμὸς, ὢν δὲ μὴ διαλεκτικὴ πεῖρα τοιαύτη ἐστὶ, κἂν ἀληθὲς ᾖ τὸ συμπέρασμα. τὸ γὰρ διά τι ἀπατητικός ἐστι. καὶ ὅσοι μὴ ὄντες περὶ τοιοῦ ἑκάστου μέθοδον φαινόμενοι συλλογισμοὶ δοκοῦσιν εἶ περὶ τοιοῦ τέχνης. τὰ γὰρ ψευδογραφήματα, οὐκ ἐριστικά. περὶ γὰρ τὰ ὑπὸ τοιοῦ τέχνης οἱ φαινόμενοι συλλογισμοί. οὐδέ γε εἴ τι ἐστὶ ψευδογράφημα δοκεῖ ἀληθὲς, οἷον τὸ Ἱπποκράτους, καὶ ὁ τετραγωνισμὸς ὁ διὰ τῆς μηνίσκων, ἀλλ' οὐς ὁ Βρύσων ἐτετραγώνιζε ἢ κύκλον, εἰ καὶ τετραγωνίζει ὁ κύκλος, ἀλλ' ὅτι οὐ περὶ τοῦτο τὸ φαῦλημα, διὰ τοῦτο σοφιστικός. ὥστε ὅτι μὲν φαινόμενος συλλογισμὸς, κἂν μὴ συλλογισμὸς, ἐριστικὸς λόγος. φαινόμενος γάρ ἐστι κατὰ τὸ φαῦλημα, ὥστ' ἀπατητικὸς μὴ ἄδικος. ὥσπερ γὰρ ἐν ἀγῶνι ἀδικία εἰδός τι ἔχει, ἔστιν ἀδικομαχία τις· ὅταν ἡ ἐναντιολογία, ἀδικομαχία ἡ ἐριστική ἐστιν. ὁπόταν γὰρ οἱ πάντες νικᾶν φαινόμενοι, πάντων ἄπλουλαι, καὶ ἐνταῦθα οἱ ἐριστικοί. ¶ Οἱ μὲν οὖν τῆς νίκης αὐτῆς χάριν τοιοῦτοι, ἐριστικοὶ ἀθροπαι καὶ φιλέριδες δοκοῦσιν εἶ. εἰ δὲ δόξης χάριν τῆς εἰς χρηματισμὸν, σοφιστικοί. ἡ γὰρ σοφιστικὴ ἐστὶν, ὥσπερ ἐπο-

ille quidem, qui reuera communia perueſtigat, dialecticus eſt: qui verò id facere videtur, nec facit, ſophiſta. ¶ Ac ratiocinatio num quidē contētioſarum & ſophiſticarum vnum genus eſt, earū quæ apparēt, cùm ex iis rebus conſtēt, in quibus verſatur tētandi ratio, etiamſi vera ſit concluſio. Iſtarum enim vitiū in cauſa eſt poſitum. & qui ſunt ſecundū vnamquāque methodum paralogiſmi, ſecundum artē eſſe videtur: ſed falſæ deſcriptiones cōtētioſæ non ſunt (quandoquidē ſunt paralogiſmi de aliqua re facti, quæ cuiuſdam artis eſt propria) ne ſi illæ quidem verum aliquid concludant: qualis erat Hippocratis ratio, qua circulū quadrare per lunulas conabatur. Sed erit certè contētioſa ratio, ſi talis ſit, qualis erat Bryſonis quadratura: qua quidem tametſi circulus quadretur, tamē quia non propriè ad rem erat accōmodata, ſophiſtica eſt appellāda. Quare quæcúque in his ratiocinatio apparet, contētioſa erit: propterea quòd ea ſaltē ex parte, qua ad iſtā rē videtur accōmodata, fallacē habet quādam ſpeciem, per quam decipimur, ac veluti iniuria quadā afficimur. Quemadmodū enim inter certandum, quas aduerſario facimus iniurias, ſpeciē quandā æquitatis præ ſe ferunt, & tamē reuera eſt iniqua certādi ratio: ſic in diſputatione iniquum certamen eſt, vbi ad nimiam contentionem res progreditur. Nāvt in certaminibus, qui quauis ratione victores eſſe volunt, nil non mouent, nil non aggrediuntur: ita hīc in diſputatione idem faciunt, qui ſunt ſupra modum litigioſi. ¶ Atque ex iis quidem, qui tantam adhibent contentionem, quicumque ſibi victoriam proponunt, illi ſunt qui propriè litigioſi & contentionis amatores cenſentur. Qui verò gloriam ex qua quæſtū faciant, aucupātur, ſophiſtæ. Eſt enim ſophiſtice, quemadmodum

suprà diximus, ratio quæstus faciendi ex sapientiæ simulatione. Quo fit, vt demonstrationes etiam, quæ specie quadam veras imitentur, potissimùm expetãt sophistæ. Et rationes qui edm non sunt diuersæ, quibus litigio si homines, & quibus sophistæ vtuntur, sed fine distinguũtur: & vna eadémque probatio sophistica erit, & contentiosa: verùm nõ eadem ratione. Nam quà ad opinionem victoriæ adhibetur, contentiosa est: quà verò ad opinionem sapientiæ, sophistica. Etenim sophistice est sapientia quædam simulata, nõ vera. ¶ Fere autem contentiosæ argumentationes eodem modo affectæ sunt ad dialecticas, quo falsæ descriptiones ad geometricas demonstrationes. Vt enim paralogismi, in iisdem cernuntur, in quibus versatur dialectica: ita pseudographi in iis quæ ad geometram pertinent. Sed hi contẽtiosi non sunt, quoniam ex principiis & conclusionibus alicui arti propriis constant. Qui verò ex iis rebus in quibus versatur dialectica, erunt contẽtiosi. Vt quadratura per lunulas non est contentiosa: Brysonis autem est contentiosa. Atque illa quidem prior, cùm ex propriis geometriæ principiis cõficiatur, ad nullam aliam artem, quàm ad geometriam transferri potest: hæc posterior apud eos etiam vsurpari poterit, qui illius artis imperiti, quique quid in quaque re fieri possit, & quid non possit, ignorant. Ea enim cõueniet. Aut si quis vt Antiphon quadraturã circuli ostẽdere conetur: vel ostẽdere velit nõ esse bonũ post cœnã inãbulare, Zenonis ratione. Est enim cõmunis, nõ medica. ¶ Si igitur eodẽ planè modo affectus est cõtentiosus homo ad dialecticũ, quo ad geometrã pseudographus: nõ potest profectò ex iis, quæ propria sunt constare cõtentiosa argumẽtatio.

λόγ, ἀλλὰ παρὰ τὴν σοφίαν φαινομένης. διὸ φαινομένης λόγος δείξεως ἐρίζονται, καὶ τῷ λόγων τῷ αὐτῷ μὲν εἰσὶν οἱ φιλέριδες, καὶ σοφιστική, ἀλλ' οὐ τῷ αὐτῷ ἕνεκεν. καὶ λόγος ὁ αὐτὸς μὲν ἔσται σοφιστικὸς, καὶ ἐριστικὸς, ἀλλ' οὐ κατ' αὐτό· ἀλλ' ἡ μὲν νίκης φαινομένης, ἐριστικός. ἡ δὲ σοφίας, σοφιστικός. καὶ γὰρ ἡ σοφιστικὴ, ἔστι φαινομένη σοφία τις, ἀλλ' οὐκ οὖσα. ¶ Ὁ δὲ ἐριστικὸς, ὅτι πως οὕτως ἔχων πρὸς τὸν διαλεκτικὸν, ὡς ὁ ψευδογράφος πρὸς τὸν γεωμέτρην. ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ τῇ διαλεκτικῇ παραλογίζονται, καὶ ὁ ψευδογράφος τὸν γεωμέτρην. ἀλλ' ὁ μὲν οὐκ ἐριστικὸς, ὅτι ἐν τῷ ἀρχὼν καὶ τῷ συμπερασμάτων, τῷ ἐκ τούτων τεχνῶν ψευδογραφεῖ. ὁ δὲ ἐκ τούτων διαλεκτικῶν, πρὸς μὲν τὰ ἄλλα οὐκ ἐριστικὸς ὅτι, δῆλον. οἷον ὁ τετραγωνισμὸς, ὁ μὲν διὰ τῶν μηνίσκων, οὐκ ἐριστικὸς· ὁ δὲ Βρύσωνος, ἐριστικός. καὶ τὸν μὲν οὐκ ἔστι μεπιτυχεῖν, ἀλλ' ἢ πρὸς γεωμετρίαν μόνον, διὰ τὸ ἐκ τῶν ἰδίων εἶναι ἀρχῶν· τὸν δὲ, πρὸς πολλοὺς, ὅσοι μὴ ἴσασι τὸ δυνατὸν ἐν ἑκάστῳ, καὶ τὸ ἀδύνατον· ἐνδέχεται γὰρ ὁ αὐτός. Ἡ ὡς Λυκόφρων ἐτετραγώνιζεν. ἢ εἴ τις μὴ φήσει βέλτιον εἶναι, κύκλου διέντου περιπατεῖν, διὰ τὸν Ζήνωνος λόγον, οὐκ ἰατρικὸς· ποιοῖς γάρ. ¶ Ἐπεὶ μὲν οὖν πάντῃ ὁμοίως ἔχων ὁ ἐριστικὸς πρὸς τὸν διαλεκτικὸν, τῷ ψευδογράφῳ πρὸς τὸν γεωμέτρην, οὐκ ἂν εἴη ὡς εἰπεῖν ἐριστικός.

¶ Nunc

7 ¶ Νῦν δ' οὐκ ἔστιν ὁ διαλεκτικὸς περὶ ἡμᾶς τι ἀφωρισμένον, οὐδὲ δυνατικὸς οὐδενός, οὐδὲ πιστὸς εἶναι ὁκοῦν. οὔτε γὰρ ὄντων ἁπάντων ἐνίοις οὐκ ἔστιν, οὔτε εἰ ἔστιν, οἷόν τε κατὰ τὰς αὐτὰς ἀρχὰς εἶναι τὰ ὄντα. 8 ¶ Ὥστε οὐδὲν μία τέχνη τῶν δικαζουσῶν τινα φύσιν ἔχειν μαντικήν ἐστιν. οὐδὲ ἕξιν ὅπως ἔσται πρὸς ἅπαντα δοῦναι. συλλογιστικὸς γὰρ οὐ γίνεται ἐξ ἀμφοῖν. ¶ Ἡ δὲ διαλεκτικὴ, ἐρωτηματικὴ ἐστιν. εἰ δ' ἐδείκνυεν, εἰ καὶ μὴ πάντα, ἀλλὰ τάχ' ἂν ἐρώτα καὶ τὰς οἰκείας ἀρχὰς συνᾐδ' ἠρώτα. καὶ διδόντος γὰρ οὐκ ἔτι εἶχεν ἐξ ὧν ἔτι διαλέξεται πρὸς τὸν ἔτι. ¶ Ἡ δὲ αὖ καὶ πειρατική. οὐδὲ γὰρ ἡ πειρατικὴ ταὐτόν ἐστιν, οἷα ἡ γεωμετρία, ἀλλ' ὡὶ αὖ ἔχει καὶ μὴ εἰδώς τις. ἔξεστι γὰρ πεῖραν λαβεῖν καὶ τὰ μὴ εἰδότα τὸ σφάλμα τὸ μὴ εἰδότος, εἴτερ καὶ δίδωσιν, οὐκ ἐξ ὧν οἶδεν, οὐδὲ ἐκ τῶν ἰδίων, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐπομένων. ὅσα τινῶν τί ἐστιν, ἃ εἰδότα μανθάνουσιν ἐκ τοῦ μὴ εἰδέναι τινὰ τέχνην μὴ εἰδότα ἡμᾶς ἀπαίδευτον ἀλλοεῖν. ὡς τὰ φανερὰ τῶν ἀδήλων ἀφορισμῶν ἡ πειραστικὴ ἔσται μέθοδος. διὸ καὶ πᾶσιν πάντων ἐστὶ πᾶσιν δὲ αἱ τέχναι χρώνται καὶ κοιναί εἰσι. ¶ Διὸ πάντες καὶ οἱ ἰδιῶται ἔστιν τινὰ τρόπον χρῶνται τῇ διαλεκτικῇ καὶ πειραστικῇ.

7 ¶ Nunc autem dialectica nullum certum genus habet in quo quasi in subiecto sibi proprietatem: nec vllam in demonstrationes achibet: neque talis est qualis vniuersalia. Neque enim possunt res omnes sub vnū genus cadere: nec si possent, verē illud dici: posset omnium cadē esse principia ¶ Vnde etiam fit, vt nulla earum artium, quæ in tractanda certa quadam natura demonstrationibus vtūtur, percontando differat, & suas probationes ex interrogatione accipiat. Cùm enim non possit ex vtraque contradictionis parte accommodata ad rem docendā fieri ratiocinatio, non debet liberum esse, vtrāuis partem admittere. ¶ Dialectica autē percontatrix est. Quæ si demōstraret & si non omnia, at certè prima pronunciata, & propria sua principia citra vllam interrogationem acciperet: alioqui si illa non admitteret alius, nil iam superesset, vnde id euerteret, quod esset ab altero oppositum. ¶ Planè autē generis eiusdem est piratice cū dialectica. Neque enim hæc tentandi ratio talis quædā ars est, qualis geometria, sed cuius munus præstare etiam indoctus aliquis possit. Quid enim est, cur non possit, qui rei alicuius non habet scientiam, quasi tentandi causa cum eo disputare, qui etiam sit illius rei imperitus? Præsertim cùm eò conferatur disputatio, vt non ex iis consistat, quæ illi, qui doctus sit, perspecta sunt, quæque sunt rei propria, sed ex consentaneis quibusdam & consequentibus rei: quæ huiusmodi ferè sunt, vt tametsi illa scias, nil tamen vetet, te artem nescire: at si nescias, omnino artis cognitionem assequi non possis. Ex iis planum est, piraſticea non esse scientiam, quæ in certo quodam genere subiecto versetur, ideóque de omnibus disputationem suscipere. Habent enim omnes scientiæ communia quædam, quibus vtuntur. ¶ Ob eámque causam fit, vt omnes homines, etiam idiotæ, quodammodo vtantur dialectica & piraſtica:

concludas, proprius est hic so-
phisticus locus. eò scilicet per-
ducere aduersarium, vbi argumen
torum tibi sit copia. Sed illud
certè interdum rectè, interdum
vtiosè fieri potest, quemadmo-
dum nos suprà diximus. ¶ Iam
verò vt admirabile quippiã &
contra omnium opinionem eli-
cias, videndum est tibi, quam se
ctam philosophorum sequatur
is, quicum disputas, vt illum in-
terroges quidpiã ex iis quæ con
tra omnium opinionem dicunt
huius sectæ philosophi. Habe nt
enim singulæ sectæ suas quasd
am huiusmodi sententias. Est
autem ad eam rem primum ve-
luti elementum, vt singularũ se
ctarum admirabiles sententias
inter propositiones accipias.
Verùm in prõptu etiam est ista
rum captionum satis apta solu-
tio, vt ad extremum neges, ex
ipsa oratione id quod est inopi
nabile. Semper autem hoc vult
is qui cum altero decertat.

¶ Amplius verò ex hominum
volũtatibus & apparentibus o-
pinionibus. Non enim eadem
volunt & loquuntur: sed sermo-
nes quidem sunt quàm honestis
simi, voluntas autẽ spectat quæ
vtilia apparent. Veluti nemo fe-
rè est, qui non ita loquatur, lon
ge præstantiorem esse mortem
gloriosam, quàm vitam volupta
tibus affluentem: & melius esse
iustè per inopiam viuere, quàm
in magna opum copia turpiter:
volunt autem omnes contraria.
Ergo si quis secundum hominũ
voluntatem loquatur, ad apparentes opiniones erit deducendus: sin
secundum has, ad reconditas. Vtroque enim modo eum in paradoxa
incidere erit necesse. Quoniam aut manifestis aut reconditis opinio-
nibus repugnabit. ¶ Alius locus est latissimè patẽs per quẽ cogimus
aduersarium dicere aliquid admirabile (id quod Callicles in Gorgia

δὲ ᾖ, ἴδιος τόπος ὁ σοφιστικός, τὸ
ἀγεῖν πρὸς παιδιὰ, πρὸς ἃ δ' πο-
ρεῖ λόγων. ἔσται δὲ καὶ καλὸς καὶ
μὴ καλῶς τὸ ποιεῖν, καθάπερ ἐ-
λέχθη πρότερον. ¶ Πάλιν πρὸς 5
τὸ δοξάζοντα λέγειν, σκοπεῖν ἐκ
τίνος ἡρώτα ὁ διαλεγόμενος. εἶτα
ἐρωτᾶν ὅσοις πολλοὶ ἅπτι λέγου-
σι δοξάζοντες. ἕξει γὰρ ἑκάστος τι
τοιοῦτον. στοιχεῖον δὲ τούτου, τὰς
ἑκάστων εἰληφέναι δόξεις ἐν ταῖς
πραγματείαις. λύσις δὲ καὶ τούτων
ἡ θεωρήσαντα φέρεται τὸ ἐμφαί-
ζειν, ἐπὶ οὐ δεῖ τὸν λόγον συμβαί-
νειν τὸ ἀδόξαστον. ἀεὶ δὲ τοῦτο καὶ βού-
λεται ὁ ἀγωνιζόμενος.

¶ Ἔτι δὲ καὶ ἐκ τῆς βουλήσεων 6
καὶ ἐκ τῆς φανερῶς δοξῶν. οὐ γὰρ
ταυτὰ βούλονταί τε καὶ φασίν,
ἀλλ' οἱ μὲν τοῖς σὺν μνε-
στάτοις τῆς λόγων, βούλονται
δὲ τὰ φαινόμενα λυσιτελεῖν. οἷον
τεθνάναι καλῶς μᾶλλον, ἢ ζῆν ἢ-
δέως φασὶν εἶναι, καὶ πένεσθαι δι-
καίως μᾶλλον, ἢ πλουτεῖν ἀδίκως.
βούλονται δὲ τἀναντία. τὸν μὲν
οὖν λέγοντα κατὰ τὰς βουλήσεις, εἰς
τὰς φαινομένας δόξας ἀκτέον. τὸν
δὲ κατὰ τὰς ὑποκειμενας. ἀμφοτέρως γὰρ ἀναγκαῖον
παράδοξα λέξειν. ἢ γὰρ πρὸς τὰς φα
νερὰς, ἢ πρὸς ἃς ἀφανεῖς δόξας,
ἐρεῖσιν ἐναντία. ¶ Πλεῖστος δ' τόπος 7
ἐστὶ τοῦ ποιεῖν δοξάζοντα λέγειν, ὥσ-
περ ἡ ὁ Καλλικλῆς ἐν τῷ Γοργίᾳ

λέγει-

γέγραπται λέγων, καὶ οἱ ἀρχαῖοι ἢ πάντες ὡς ἔπος συμβαίνειν, ὥσπερ τὸ κατὰ φύσιν καὶ κατὰ τὸν νόμον. ἐναντία δὲ φύσιν καὶ νόμον φασὶ, καὶ τὰ μὲν δικαιοσύνην καὶ τὸν νόμον μὲν εἶναι καλὸν, κατὰ φύσιν δὲ οὐ καλόν. διὸ οὐδὲν ἔφασαν μᾶλλον τὸν εἰπόντα κατὰ φύσιν, κατὰ νόμον ἀπαντᾶν. ἔφασκε δὲ τὸ κατὰ νόμον, ἐπὶ μὲν φύσιν ἄγειν. ἀμφοτέρως γὰρ εἶναι δόξαι λέγειν. μᾶλλον δὲ τὸ μὲν κατὰ φύσιν αὐτοῖς, τὸ ἀληθές· τὸ δὲ κατὰ νόμον, τὸ τοῖς πολλοῖς δοκοῦν. ὅπερ ἄλλον, ὅτι κατέκειτο, καθάπερ καὶ οἱ νῦν, ἢ ἐλέγχειν, ἢ δόξαν λέγειν τὸν ἀπαντῶντα ὑπερέχεσθαι πιθανῶν.

commemorat, quódque omnes veteres raptionum vnicam ferè causam existimabant)ex iis quæ natura, & quæ lege sunt constituta. Naturam enim legi contrariam esse: & iustitiam quidē lege esse honestā, natura verò non honestam. Sic igitur oppugnandus est, qui quod naturæ consentaneum sit, proferat, vt legem illi obiiciamus. sin legem teneat, contrà, quæ sunt ex natura, proferenda erunt. Hic enim effugere nō potest, quin vtrinque admirabile aliquid dicat. Vocabāt aūt illi naturam, id quod in qua que re verum est: legem verò, quod in multitudinis opinione positum est. Vnde perspicuū est illius ætatis homines idē quod qui hodie sunt, fuisse conatos, vt respondentem aut reprehenderent, aut cogerent tādem aliquid dicere contra omnium opinionem. ¶ Porrò autem interrogationes quædā sunt quæ vtrinque opinioni contrariam responsionem habent. Vt sitne sapientibus potiùs parendum, an patri? Sitne iusta potiùs faciendā, an quæ vtilia? Vtrùm optabilius, iniuriam pati, an facere?

¶ Εἶτα δὲ τῇ ἐρωτήσεων ἔχει τὸ ἀμφοτέρως ἀδόξου εἶναι πρὸς ἀπόκρισιν· οἷον πότερον τοῖς σοφοῖς, ἢ πῇ παχεῖ δεῖ πείθεσθαι; καὶ τὰ συμφέροντα ἀφέλιμα, ἢ τὰ δίκαια; καὶ ἀδικεῖσθαι αἱρετώτερον, ἢ ἀδικεῖν; ¶ δεῖ δ' ἄγειν εἰς τὰ τοῖς πολλοῖς ἢ σοφοῖς ἐναντία. ἐὰν μὲν λέγῃ τις ὡς οἱ σοφοὶ πρὸς τοὺς λόγους, εἰς τὰ τοῖς πολλοῖς. ἐὰν δὲ ὡς οἱ πολλοὶ, ἐπὶ τὰ τοῖς σοφοῖς. φασὶ γὰρ οἱ μὲν ὀρθὰς καὶ κατὰ τὸν δίκαιον εἶναι· τοῖς δὲ πολλοῖς ἄδοξον, τὸ βασιλέα μὴ δίκαιον εἶναι, ἐστι δὲ τὸ εἰς τὸ κατὰ τὰ ἄδοξα συμάγειν, τὸ αὐτὸ πρὸς τὸ κατὰ φύσιν καὶ κατὰ τὸν νόμον ὑπεναντίωσιν ἄγειν. ὁμοίως γὰρ νόμος, δίκαια τοῖς πολλοῖς· οἱ δὲ σοφοὶ κατὰ φύσιν καὶ κατὰ ἀλήθειαν λέγουσι. ¶ Καὶ τὰ μὲν δόξαι ἐκ τούτων δεῖ ζητεῖν τὸν τόπον.

1 2 3 7 8 9 10

Iam verò perducēdus est aduersarius ad ea, de quibus cōtraria est sapientum ac multitudinis opinio. Ac si ille quidem cū sapientibus sentiat, opponenda vulgi opinio: sin vulgus sequatur, quid sentiant sapientes, contrà adferendū. Hi enim eos, qui beati sint, necessariò iustos esse existimant: at multitudini incredibile videtur, regem non esse beatum. Verùm enim locus hic ab eo non est diuersus, qui ex legis & naturæ repugnātia dictus est. Nihil. n. aliud lex est, quàm multitudinis opinio: sapientes verò quod in rei natura positum est, & veritatē sequuntur. ¶ Ac de locis quidem, ex quibus eruuntur paradoxa, hactenus.

De tautologia seu nugatione, CAP. XIII.

1 *Definitio.* 2 *Exempla.* 3 *In quibus hæc nugatio inuenitur.* 4 *Interdum videri, sed re vera non esse nugationem.*

SEquitur, vt quomodo efficienda sit nugatio dicamus. Ac primum quidem, quid illud sit, quod appellamus nugari, suprà diximus. ¶ Omnes aũt orationes, quæ sunt huiusmodi, id volunt efficere. Si nihil referat nomen dicas an orationẽ: duplũ autem idẽ est, quod dimidij duplum: si igitur duplũ est dimidij, erit dimidij dimidij duplum: & si iterum pro duplo accipias dimidij duplum, ter idem erit repetitum, dimidij dimidij dimidij duplum. Et numquid voluptatis est cupiditas? Definitur autẽ hæc, appetitio voluptatis: est igitur cupiditas appetitio voluptatis voluptatis. ¶ Cernũtur aũt omnes istę orationes in relatis, quorũ nõ solũm genera, sed ipsa quoq. ad aliud dicũtur, quæ que ad vnum & idẽ referuntur. Veluti appetitio est alicuius appetitio, & cupiditas alicuius cupiditas: itémque duplũ alicuius duplum, & duplum dimidij. Aut vero in iis, quorũ essentia cùm non sit in relatis, ita tamen sunt affecta ad substantiã, omninó q. ad sua subiecta, quorum ipsa aut habitus, aut affectiones, aut simile aliquid, vt in definitione qua quid illa sunt explicatur, ipsa subiecta accipiãtur. Vt impar definitur numerus medium habẽs. At verò impar numerus est. Est igitur numerus, mediũ habẽs numerus. Et, si simitas est nasi concauitas, est verò nasus simus: erit igitur nasus, nasus caua. ¶ Por- 4
ro autem interdum videntur efficere cùm non efficiant: propterea quod prætermittitur, ab eo qui interrogat, necessaria ad eã rẽ interrogatio, nẽpe an duplũ per sedi-

Πέρὶ δὲ τῦ ποιῆσαι ἀδολεχεῖν, 1
ὁ μὲν λέγομεν τὸ ἀδολεχεῖν, εἰρήκαμεν πρότερον. ¶ Πάντες δὴ οἱ τοιῦτοι λόγοι τῦτο βούλονται ποιεῖν· εἰ μηδὲν διαφέρει τὸ ὄνομα, ἢ τὸν λόγον εἰπεῖν. διπλάσιον δὲ, καὶ δὶς πλάσιον ἡμίσους, ταυτόν. εἰ ἄρα διπλάσιον ἐστὶν ἡμίσους διπλάσιον, ἔσται ἡμίσους ἡμίσους διπλάσιον. καὶ πάλιν αὖ αὖτὶ τῦ διπλάσιον, διπλάσιον ἡμίσους τεθῇ, ἔσται ἐξαπλάσιον ἡμίσους ἡμίσους ἡμίσους διπλάσιον. καὶ ἆρά γέ ἐστιν ἡ ὀπτυμία ἡδέος; τῦτο δέ ἐστιν ὄρεξις ἡδέος. ἔστιν ἄρα ἡ ὀπτυμία ὄρεξις ἡδέος ἡδέος. ¶ Εἰσὶ δὲ 5
πάντες οἱ τοιῦτοι τῷ λόγων ἐν τοῖς πρός τι, ὅσα μὴ μόνον τὰ ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ πρός τι λέγονται, καὶ πρὸς τὸ αὐτὸ καὶ ἓν δύο δίδοται. ἔστι δὲ τὰ ὄρεξις τινὸς ὄρεξις, καὶ ἡ ὀπτυμία τινὸς ὀπτυμία· καὶ τὸ διπλάσιον, τινὸς διπλάσιον, καὶ διπλάσιον ἡμίσεως· καὶ ὅσων ἡ οὐσία οὐκ ὄντως πρός τι, ὅλως δὲ εἶναι ἔξεις ἢ πάθη, ἢ τι τοιῦτον, ἐν τῷ λόγῳ αὐτῷ πρέπει δηλοῦσθαι κατηγορημένων ὅλη τούτοις. ἔστι τὸ περιττὸν, ἀριθμὸς μέσον ἔχων, ἔστι δὲ ἀριθμὸς πρῶτος, ἐὰν ἄρα ἀριθμὸς μέσον ἔχων ἀριθμὸς. καὶ εἰ τὸ σιμὸν κοιλότητός ῥινός ἐστι, ἔστι δὲ ἡ ῥὶς σιμή, ἔσται ἄρα ῥὶς ῥὶς κοίλη.
¶ Φαίνονται δὲ ποιεῖν, οὐ ποιοῦντες οὐδέ τι, διὰ τὸ μὴ προσαπωσθέσθαι, εἰ σημαίνει τι καθ' αὐτὸ λε- 4

τὰ ὑπτιαὶ ἀβρε.

χθὲν

χθὲν τὸ διπλάσιον, ἢ οὐθέν. καὶ εἴ τι σημαίνει, πότερον τὸ αὐτό, ἢ ἕτερον, ἀλλὰ τὸ συμπέρασμα λέγειν δεῖ· καὶ φαίνεται δι' ὃ τὸ ὄνομα, ταυτὸ δεῖ τὸ τὸ, καὶ σημαίνειν.

significet aliquid an nihil: & si quid significet, vtrum idē quod coniunctum cum altero, an aliquid aliud: sed statim conclusio exprimitur, & tamē propter nomen videtur idem esse & significare.

De solœcismo, Cap. xiv.

1 Quid sit. 2 Aliquando fieri nec videri, aliquando videri nec fieri. 3 Quid germani ad sophistam. 4 In quibus sit. 5 Collatio solœcismi & elenchi à similitudine sumpta. 6 Epilogus.

Σολοικισμὸς δή, οἷον μὴ ὀρθῶν, εἴρηται πρότερον. ¶ Ἔστι δ' τὸ καὶ ποιεῖν· καὶ μὴ ποιοῦντα, φαίνεσθαι· καὶ ποιοῦντα, μὴ δοκεῖν· καθάπερ Πρωταγόρας ἔλεγεν, εἰ ὁ μῶυς, καὶ ὁ πίλιξ ἄρρεν ἐστίν. ὁ μὲν γὰρ λέγων οὐλομῆν, σολοικίζει μὲν κατ' ὄνειον, οὐ φαίνεται δὲ τοῖς ἄλλοις. ὁ δ' οὐλόμυον, φαίνεται μέν, ἀλλ' οὐ σολοικίζει. ¶ Δῆλον οὖν ὅτι καὶ τεχνίτης δ' ὢν ἁμαρτάνοι τὸ ποιεῖν. διὸ πολλοὶ τῶν λόγων οὐ συλλογιζόμενοι σολοικισμόν, φαίνονται συλλογίζεσθαι, καθάπερ ἐν τοῖς ἐλέγχοις. ¶ Εἰσὶ δὲ πάντες σχεδόν, οἱ φαινόμενοι σολοικισμοί, πλὴν τὸ τόδε, καὶ ὅταν ἢ πῶσις μήτε ἄρρεν μήτε θῆλυ δηλοῖ, ἀλλὰ τὸ μεταξύ. τὸ μὲν γὰρ δεῖται, ἄρρεν σημαίνει· τὸ δὲ αὖτη, θῆλυ· τὸ δὲ τὸ, θέλει μὲν τὸ μεταξὺ σημαίνειν, πολλάκις δὲ σημαίνει καὶ ἑκάτερον. ὥσ τί τὸ τὸ; Καλλιόπη, ξύλον, Κορίσκος. τὸ μὲν οὖν ἄρρενος καὶ τῆ θήλεος ἀμφέρουσιν αἱ πῶσις ἅπασαι, τὸ δὲ μεταξύ, αἱ μὲν, αἱ δὲ οὔ. δοθέντος δὴ πολλάκις τοῦτο, συλλογίζονται ὡς εἰρη-

SOlœcismus aūt quid sit paulò antè dictum est. ¶ At vbi euenire potest, vt solœcismū facias, nec videare, & vt videare, cùm non facias. Veluti si verum est quod Protagoras dicebat masculini generis esse hæc verba, μῶυς & πίλιξ certè sententia illius solœcismum committit, qui dicit, μῆνιν οὐλόμυον. at opinione aliorum non videtur cōmittere: qui verò οὐλόμυον dicet, videbitur ille quidem in hoc vitium incidisse, reuera aūt non incidit. ¶ Perspicuum igitur est, artem idem posse efficere: ob eámq; causam multæ sunt orationes, quibus videtur concludi solœcismus, cùm reuera nō concludatur: quemadmodū in elenchis accidere solet. ¶ Diuuntur autem ferè omnes apparentes solœcismi ex neutro articulo, hoc, & quādo casus aliquis nominis, nec masculinū genus, nec fœmininum significat, sed quod est inter ista quoddam veluti medium. Nam hic masculinum declarat, hæc fœmininum, hoc autem neutrum quidem significare vult, sed tamē sæpe ad vtrumque illorum transfertur: Vt quid est hoc? Calliope, lignum, Coriscus. Ac masculini quidem & fœminini omnes casus sunt diuersi, neutrius autem partim iidem, partim diuersi. Quo fit, vt sæpenumero cùm datum sit hoc,

cõcludant quasi dictum sit hũc, aut alia quadam simili ratione casum pro casu accipiãt. Fallax autẽ conclusio ex eo oritur, quod articulus neutri multis casibus communis est. Interdum enim nominationem, interdũ accusatiuum significat. At verò si istos casus dignoscere velis, vertũ variè accipiendum est, vt cũ nominatiuo, est: coniũgas, cum accusatiuo, esse: veluti, est Hipponicus, esse Hipponicum. Nec diuersa est in fœmininis nominibus ratio, & in omnibus quæ sub cõmuni nomine τῶν σκευῶν à Græcis comprehensa (nos vasa appellamus) masculinorum aut fœmininorum inflexionem habent: sola enim ea quæ desinunt in ν, inflexionem sequuntur τοῦ σκεύους, hoc est, neutri generis sunt, vt ξύλον, χοινίκιον. quæ verò nõ habent illam terminationẽ, masculina sunt, aut fœmininа: & illa tamen nonnunquam traducuntur ad genus neutrum: & sub nomine τῶν σκευῶν interrogantur: vt ἀσκὸς masculinum est κλίνη fœmininum. Itaque in iis eodem modo quo in superioribus verbum est, &, esse, casuum inter se discrimina indicabit.

¶ Est etiam solœcismus nõ valdè absimilis iis reprehensionibus quæ ex eo ducuntur, quòd vt similia accipiuntur, quæ non sunt similia. Vt enim illic in rebus, ita hìc in verbis solœcismi contingunt. Homo enim & album, & verba sunt, & res. ¶ Ex iis igitur, quæ dicta sunt, planũ est, si quando solœcismum velis concludere ex illis casibus, quos expositimus sumendum tibi esse argumentum. Ac de generibus quidem contentiosarum argumentationum, & partibus singulorum generum, & modis omnibus hactenus,

μῶν τὸν. ὁμοίως ἢ καὶ ἄλλῳ πῶσιν αὐτ' ἄλλης. ὁ δὲ παρὰ λογισμὸς γίνεται ὅτε τὸ κοινὸν ἓν τῷ τὸ πλειόνων πτώσεων. τὸ γὰρ τοῦτο σημαίνει, ὁτὲ μὲν τοῦτ', ὁτὲ δὲ τοῦτον. δεῖ δὲ διαλῦσαι σημαίνειν, μετὰ μὲν τοῦ ὄντι, τὸ τοῦτ', μετὰ δὲ τοῦ εἶναι, τὸ τοῦτον· οἷον ἔστιν ἱππόνικος, εἶναι ἱππόνικον. καὶ ὅτι τῶν ἐπιλέων ὀνομάτων ὡσαύτως. καὶ ὅτι τῶν λεγομένων μὲν σκεύων, ἐχόντων δὲ ἐπιλείας, ἢ ἄρρενος κλῖσιν. ὅσα γὰρ εἰς τὸ ο καὶ τὸ ν τελευτᾷ, ταῦτα μία ἔνα σκεύους ἔχει κλῖσιν. οἷον ξύλον, χοινίκιον. τὰ δὲ μὴ οὕτως, ἄρρενος, ἢ ἐπιλείας. ὧν ἕνια φέρομεν ὅτι τὰ σκεῦη. εἰ μὲν ἀσκὸς μὲν, ἄρρεν τοὔνομα. κλίνη δὲ, θῆλυ. διόπερ καὶ ὅτι τῶν τοιούτων ὡσαύτως, καὶ τὸ ἔστι, καὶ τὸ εἶναι διοίσει. ¶ Καὶ ὅπου ποτὲ ὅμοιός ἐστιν ὁ σολοικισμὸς ὅτις παρὰ τὸ τὰ μὴ ὅμοια ὡσαύτως ἐρωτᾶσθαι, ἴσως τοῖς παρὰ τὸ χῦμα ὁμοίως λεγομένοις ἐλέγχοις. ὡς περ γὰρ ἐκεῖνοι ὅτι τῶν σχεμάτων συμβαίνει ἐλέγχειν, οὕτως ἂν τούτοις ὅτι τῶν ὀνομάτων συμπίπτει σολοικίζειν. αὐθεντικὸς γὰρ καὶ λεκτὸν, καὶ σχῆμα, καὶ ὄνομά ὅστι. ¶ Φανερὸν οὖν ὅτι ἐν σολοικισμὸν πειρατὸν ἐν τῶν εἰρημένων πτώσεων συλλογίζεσθαι. εἴδη μὲν οὖν ταῦτα τῶν ἀγωνιστικῶν λόγων, καὶ μέρη τῶν εἰδῶν, καὶ τρόποι οἱ εἰρημένοι.

De

De dispositione & interrogandi ratione, Cap. XV.

1 Prothesis. 2 De longitudine orationis. 3 De celeritate interrogationis. 4 De ira & altercatione. 5 De ordine interrogationum turbato. 6 De locis occultatiuis. 7 De interrogatione ex contrario, vel ex æquali. 8 Ne interrogetur nisi de facto confesso particulariter. 9 De interrogatione similitudinis, cùm non est aliquid nomen commune. 10 De interrogatione contrariorum. 11 Si contrarium proponatur quæ sit recte probatum & concessum. 12 Si propositio paradoxa petatur responsio. 13 Si quæ dicat contraria iis quæ probat, aut probare debet. 14 A distinctione. 15 Si argumentum imperfectum deseratur, & ad alia traducatur disputatio. 16 De argumentis ad aliud directantibus. 17 De probatione propositionis assertæ. 18 An conclusio sit interrogandæ & quando. 19 Epilogus.

1 Διαφέρει δ' οὐ μικρὸν, ἐὰν ταχθῇ πως τὰ πρὸς τὴν ἐρώτησιν πρὸς τὸ λανθάνειν, ὥσπερ ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς. ἐφεξῆς οὖν τοῖς εἰρημένοις, ταῦτα προῶτον λεκτέον. ¶ Ἔστι δὲ πρὸς τὸ ἐλέγχειν ἓν μὲν, μῆκος. χαλεπὸν γὰρ ἅμα πολλὰ συνορᾶν. εἰς δὲ τὸ μῆκος, τοῖς προειρημένοις χρηστέον. ¶ Ἓν δὲ τάχος. ὑστερίζοντες γὰρ ἧττον προορῶσιν. ¶ Ἔτι δὲ ὀργὴ καὶ εἰλικρίνεια ταράττομένοι γὰρ, ἧττον διώρατὰ φυλάττεσθαι πάντα. συνεῖδε δὲ τῆς ὀργῆς, τό, τε φανερὸν ποιῆσαι ἑαυτὸν βουλόμενον ἀδικεῖν, καὶ τὸ προπάσχειν ἀκαίρως. ¶ Ἔτι, τὸ ἐναλλάξ τὰ ἐρωτήματα πιθέναι, ἐάν τε πρὸς αὐτὸ πλείους τις ἔχῃ λόγους, ἐάν τε καὶ ὁπῃοῦν πως, καὶ ἂν οὐχ οὕτως. ἅμα γὰρ συμβαίνει, ἢ πρὸς πλείω, ἢ πρὸς τἀναντία πιεῖσθαι τὴν φυλακήν. ¶ Ὅλως τε πάντα τὰ πρὸς τὴν κρύψιν λεχθέντα πρόσεστι χρήσιμα & πρὸς τοὺς ἀγωνιστικοὺς λόγους. ἡ γὰρ κρύψις ὅτι τὸ λαθεῖν

1 QVoniam autem in collatione eorum, quæ interrogantur, non parum est momenti, vt possis (quemadmodum in dialecticis paulò antè diximus) celare conclusionem, propterea illis dictis, primum omnium de his agendum est. ¶ Ac primùm ad reprehensionem plurimùm valet longitudo orationis, quam quidem multa simul prouidere difficile est. Ad prolixitatem autem dictis elementis est vtendum. ¶ Tum etiam celeritas adhibenda. Nam qui aliquãto tardiores re festinantem sequi nõ possunt, minùs prouidere possunt quid dicant. ¶ Illud etiam iuuat plurimum, vt aduersarium ad iram & altercationem prouoces. Qui enim sunt in perturbatione, minùs sunt cauti ad omnia. Iræ autem principia, si statim initio declares te iniustè velle agere.

5 ¶ Alius locus est, perturbatè interrogationes collocare, siue ad rem multas rationes adhibeas, siue in veramque partem argumenta adferas. Fit enim hac ratione, vt eodem tempore aduersario, aut multa aut etiam contraria sint cogitanda.

6 ¶ Atque vt rem in pauca conferam, omnes loci, quos ad celandam conclusionem suprà posuimus, sunt etiam ad disputationem contentiosam accommodati. Pertinet enim eò occultatio, vt lateas:

latere aũ vis, vt fallas. ¶ Quod autem attinet ad eos qui nihil admittere solent, quod ad rem facere existimẽt, illa nobis aduersus eos cautione vtendũ est, vt aut per negationem interrogemus, quam contrariam partẽ velimus efficere: aut verò ex æquo vtramque partem interrogando complectamur. Quando enim non vident huiusmodi homines quid potissimùm tibi cõcedi velis, minùs difficiles ac pterui sunt. ¶ Tã verò postquam alius tibi singulatim totius alicuius generis partes interrogãti, in singulis ita esse concessit, sæpe non est ipsum genus vniuersum interrogandũ, sed eo vt concesso vtendum. Interdum enim ipsi se putant dedisse: & auditoribus ita videtur: quia adhuc memineruntinductionis paulò antè factæ, nec illas interrogationes frustrà fuisse existimãt. ¶ Et si quando generi vniuerso nomẽ non est impositum, ipsa vtẽdum est similitudine, prout cõmodum videbitur: nam sæpe similitudo obscurior est. ¶ Ad sumendam autem propositionem plurimum prodest, interrogando contrarium adiicere. Verbi gratia si velis tibi concedi, omnibus in rebus parentib. esse obtẽperandum: hunc in modum interrogabis: Quid? putásne parentibus esse parendũ in omnibus, an potiùs in omnibus repugnandũ? Aut verò si fæpius, parendũ esse sumere ab aduersario velis, sic interrogãdũ, vtrũ multa sint

7 γάρειν τὸ δὲ λαβεῖν, τῆς ἀπάτης.
¶ Πρὸς δὲ τοὺς αἰσχυνόμενους ἀπ' 7
αὐτῶν οὐδὲν εἶναι πρὸς τὸν λόγον,
οὓς δεῖ ἀποφάσεως ἐρωτᾶν, ὡς τοὐ-
ναντίον βουλόμενον λαβεῖν, ἢ καὶ
ἐξ ἴσου ποιοῦντα τὴν ἐρώτησιν.
ἀδήλου γὰρ ὄντος τί βούλεται λα-
βεῖν, πᾶσιν δυσκολαίνουσιν. ¶ Ὅταν 8
δ' ὅλη τὴν μερῶν τις διδῷ τὰ καθ' ἕκαστον ἐπάγοντα τὸ καθόλου πο-
λλάκις, οὐκ ἐρωτητέον, ἀλλ' ὡς δε-
δομένῳ χρηστέον. ἐνίοτε γὰρ οἴονται
καὶ αὐτοὶ δεδωκέναι, καὶ τοῖς ἀ-
κούουσι φαίνονται, ὅτε τὴν τῆς ἐ-
παγωγῆς μνείαν, ὡς οὐκ αὖ ἠρωτη-
μένα μάτην. ¶ Ἐν ὅσοις τε ὀνόμα- 9
τι μὴ σημαίνεται τὸ καθόλου, ἀλ-
λὰ τῇ ὁμοιότητι χρηστέον· φέρε τὸ
συμφέρον. λαμβάνει γὰρ ἡ ὁμοιότης
πολλάκις. ¶ Πρὸς τε τὸ λαβεῖν τὸ 10
φέρεσθαι, τοὐναντίον φάσκοντα,
χρὴ συνᾴδειν. οἷον εἰ δέοι
λαβεῖν, ὅτι δεῖ πάντα τῷ πατρὶ πει-
θεσθαι, πότερον ἀπαντα δεῖ πείθε-
σθαι τοῖς γονεῦσιν, ἢ πάντ' ἀπει-
θεῖν; καὶ τὸ πολλάκις, πότερον πολ
λὰ συγχαρητέον, ἢ ἐλίγα; μᾶλ-
λον γὰρ, ἐπὰν αἰτῶσιν, πολλὰ δώσ[illegible]εν
αὐτῷ. ὥσπερ θεμιστῶν γὰρ ἐγγὺς τῷ
ἐναντίῳ, καὶ μείζω, καὶ μεγάλα
φαίνεται, καὶ χείρω, καὶ βελτίω τοῖς
αὐθρώποις. ¶ Σφόδρα δὲ καὶ πολ- 11
λάκις δοκεῖν ἐλαλέγχθαι ποιεῖ τὸ
μάλιστα σοφιστικὸν συκοφαντῆμμο
τῷ ἐρωτᾶντα, τὸ μηδὲν συλλογι-

parentibus concedenda, an pauca? Hic enim multò potius, (si modò parentibus obsequi necesse est) multa esse concedenda videbitur, quàm pauca. Contrariorũ enim compositio & collatio efficit, vt res maiores & magnæ hominibus videantur, itémque deteriores & meliores. ¶ Et sanè ponè insignis & frequens, vt quis reprehensus videatur, sophistarum hæc impostura, si postquam nonnullas interroga-

σαμέ-

συμβάσεις, μὴ ἐρώτημα ποιεῖν τὸ τελευταῖον, ἀλλὰ συμπερασικῶς εἰπεῖν ὡς συλλελογισμένοις, οὐκ
11 ἄρα τὸ καὶ τό. ¶ Σοφιστικὸν δὲ καὶ τὸ, κειμένου τοῦ παράδοξου, τὸ φαινόμενον ἄξιον ὑπολαμβάνεσθαι, ὡς προκειμένου τοῦ δοκοῦντος οἷς ἀρχῆς, καὶ τῷ ἐρώτησιν τὴν τοιαύτην οὕτω ποιεῖσθαι, πότερόν σοι δοκεῖ. ἀναγκαῖον γάρ, αὐτὴ τὸ ἐρώτημα, οἷς ὧν ὁ συλλογισμὸς, ἢ ἔλεγχον, ἢ παράδοξον γίνεσθαι ἢ ἔλεγχός ἐς. ὄντος μὲν, ἔλεγχον μὴ ὄντος δὲ, μηδὲ δοκεῖν φάσκοντες, ἄδοξον μὴ
13 ὄντος δὲ, δοκεῖν δὲ ὁμολογοῦντος, ἐλεγχόμενοι ἐς. ¶ Ἐπὶ καθάπερ ἐν τοῖς ῥητορικοῖς, καὶ ἐν τοῖς ἐλεγκτικοῖς ὁμοίως, τὸ ἐναντιώματα θεωρητέον, ἢ πρὸς τὸ ὑφ' αὑτῆς λεγόμενα, ἢ πρὸς οὓς ὁμολογεῖ καλῶς λέγειν ἢ πράττειν. Ἐπὶ πρὸς τοὺς δοκοῦντας τοιούτους, ἢ πρὸς τοὺς ὁμοίους, ἢ πρὸς τοὺς πλέ-
14 ονας, ἢ πρὸς τοὺς πάντας. ¶ Ὡς περ δὲ παρεσκευάσθαι πολλάκις, ὅταν ἐλέγχωνται, ποιοῦσι δίκην, ἐὰν μέλλει συμβαίνειν ἐλέγχεσθαι· ἢ ἐρωτῶντας χρηστέον ποτὲ τούτῳ πρὸς τοὺς ἐνίσταμένους, ἐὰν ὡσὶ μὴ συμβαίνῃ, ὡσὶ δὲ μὴ, ὅτι οὔπω ἐλήφθη. οἷον καὶ ὁ Κλεοφῶν ποιεῖ ἐν
15 τῷ Μανδραβούλῳ. ¶ Δεῖ δὲ καὶ ἀφισταμένους τὸ λόγου, τὰ λοιπὰ τῆς διαλεκτικῆς διατείνειν, ἢ παρεσκευάσθαι (ὅταν προαισθάνηται) προεπισκοπεῖν ἢ προαναιρεῖν.

tiones proposueris, licèt ex iis nil possis necessariò conficere, ad extremum non interrogãdo sed concludendo, sicut in ratiocinatione. dicas, non igitur hoc
12 & hoc. ¶ Est etiam hoc sophisticum, proposito paradoxo petere quid de eo respondenti videatur, vbi id est probabile, quod à principio in quæstione est positũ, de eóque interrogationẽ sic instituere: Vtrum tibi videtur? Necesse enim est, si talis sit interrogatio, vt ex ea ratiocinatio possit confici, inde nasci aut reprehensionem, aut paradoxum aliquod: reprehensionem quidem, si admittat: paradoxũ autem, si nõ admittat, dicátque sibi non ita videri: at si non concedat, videri tamen sibi fateatur, elenchi quædam similitudo exi
13 stet. ¶ Amplius, vt in rethoricis sic in reprehensionibus diligenter videndum est, num vlla sit repugnantia aut iis quæ dicta sunt, aut eorum sententiæ, quorum orationem & actiones maximè probet & sequatur is qui respondet: adde etiam quæ aduersentur opinioni eorum, qui reuera tales, hoc est sapientes sunt, aut verò eorum qui tales videntur, horúmque aut pluri-
14 morum aut omnium. ¶ Iam autem sicut respondentes cùm vrgẽtur, & vident se elabi vix posse quin redarguantur, diſtinctionem aliquam comminiscuntur, vt per eam possint euadere: ita etiam interrogantibus aliquando faciendum, maximè aduersus eos, qui fortiter resistunt: vt si quid vno modo verũ sit altero non verũ, tum dicant illo modo se ac
15 cepisse, nõ autẽ hoc. Qualiter fecit Cleophon in Mandrobulo. ¶ Oportet etiã traducta disputatione ad alia, quæ reliqua erãt argumenta præcidere. Quo in loco hæ erunt partes respondentis, vt si præsentiat id velle aduersarium, iam antè illi occurrat & hoc prædicat.

¶ Interdum etiam ad aliud sunt argumẽta dirigenda, sed illud ita accipiendum est, si modò nil habeas quod contra rẽ propositam obiicere possis. Quo præsidio vsus est Lycophron, cùm iussus esset laudare lyram. ¶ Quod verò attinet ad eos qui propositionem sumptam probari postulant: quoniam æquum videtur, vt subiecta probatione illius reddas rationem, acceptis quibusdam, tutius erit, quod sit vniuersim in reprehensionibus, dicere per contradictionẽ, quod affirmatum est negari, aut quod negatum est, affirmari. At non quod contrariorum eadem sit disciplina, aut non sit. ¶ Neque verò propositionis in modũ interroganda est conclusio: & quę dã sunt, quæ ne interrogari quidem debent, sed vt perspicua, & ab omnibus recepta sumi. ¶ Ac de locis quidem vnde eruuntur argumenta in contentiosis disputationibus, & de ratione interrogandi hactenus.

¶ Ἐπιχειρητέον δὲ ἐνίοτε καὶ πρὸς ἄλλο τὸ εἰρημένου, οἷόν λαμβάνοντας, ἐὰν μὴ πρὸς τὸ προκείμενον ἔχῃ τις ὅπῃ χειρεῖν, ὅπερ ὁ Λυκόφρων ἐποίησε, προβληθέντος λύραν ἐγκωμιάζειν. ¶ Πρὸς δὲ τοὺς ἀπαιτοῦντας πρὸς τὴν ὑπόθεσιν ἐπειδὴ δοκεῖ δεῖν ἀποδιδόναι τὴν αἰτίαν, λεχθέντων δ' οἰκείων δύσφυλακτότερον τὸ τὸ καθόλου συμβαῖνον, ἐν τοῖς ἐλέγχοις λέγειν τὴν ἀπόφασιν, ὅτι ἔφησεν ἀποφῆσαι, ἢ ὅτι τι ἀπέφησε φῆσαι. ἀλλὰ μὴ ὅτι τῶν ἐναντίων ἡ αὐτὴ ἐπιστήμη, ἢ οὐχ ὡς ἡ αὐτή. ¶ Οὐ δεῖ δὲ τὸ συμπέρασμα προτείνειν ἐρωτᾶν, οὐδὲ ἐρωτητέον, ἀλλ' ὡς ὁμολογουμένοις χρηστέον. ¶ Ἐξ ὧν μὲν οὖν αἱ ἐρωτήσεις, καὶ πῶς ἐρωτητέον ἐν ταῖς ἀγωνιστικαῖς διαλεκτικαῖς, εἴρηται.

ARISTO-

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΠΕΡΙ ΣΟΦΙΣΤΙΚΩΝ ΕΛΕΓΧΩΝ ΤΟ Β.

ARISTOTELIS
DE REPREHENSIONIBVS SOPHISTICIS,
LIBER II.

De vtilitate huius tractatus, ac de ratione respondendi, CAP. I.

ΠΕΡΙ δὲ ἀποχρίνεσθαι, καὶ πῶς δεῖ λύειν, & πότ', & πρὸς πίνα χρὴν τὸν λόγον οἱ τοιοῦτοι ὠφέλιμοι, μετὰ ταῦτα λεκτέον. Χρήσιμοι μὲν οὖν εἰσι πρὸς φιλοσοφίαν, ἀφ' ἑνὸς δύο. πρῶτον μὲν γὰρ ὡς ἔστι τὸ πολὺ γινόμενοι ἀμφὶ τὰς λέξεις, ἀνάγκη ἔχειν ποιοῦσι πρὸς τὸ πορίζῳ ἕκαστον λέγεται, καὶ ποῖα ὁμοίως, καὶ ποῖα ἑτέρως ἔστι τῶν πραγμάτων συμβαίνῃ, καὶ ἔστι τῶν ὀνομάτων. Δεύτερον δὲ, πρὸς τὰς καθ' ἑαυτὸν ζητήσεις. ὁ γὰρ ὑφ' ἑτέρου ῥᾳδίως ἀπατᾶσθαι λογιζόμενος, καὶ ποτὲ μὲ αἰσθανόμενος, κἂν αὐτὸς ὑφ' αὑτὸ τοῦτο πάθοι πολλάκις. ἔστιν δὲ καὶ τὸ λοιπὸν ἓν, πρὸς δόξαν, τῷ αὐτὸ πάντα δοκεῖν συνιέναι, καὶ μηδενὸς ἀπείρως ἔχειν. τὸ δὲ παιγνιωδῶς

SEQVITVR nũc, vt de respõsione agamus. dé que modo dissoluendi & quid solucndũ sit, atque quem ad vsum valeant sermones eiusmodi. Valent autem ad philosophiam, id que duabus de causis. Priore quidem, quia cùm maxima pars istiarum captionum ex verbis ducatur, hoc nobis præstat earum cõsideratio, vt verborum ambiguitatem facilius animaduertamus: & vt quæ sint ea, in quibus rerum similitudo cum nominũ similitudine conueniat, quæque illa in quibus verborum similitudinem res non imitantur, intelligamus. Altera ad res apud nos considerandas & meditandas. Nam qui facilè ab altero captiosa ratione decipitur, neque id percipit. idẽ si per se aliquid consideret, frequenter se ipse fallaci conclusione impediet. Est autem & tertia præter illas duas, vtilitas ad gloriam consequendam: nempe quod hinc fiat, vt videare omnibus in rebus exercitatus, & nullius esse imperitus. Qui enim cum altero fer-

monē confert, eiúsque quicum disputat, rationes alpernatur ac vituperat, cum vitium ipse indicare non possit, suspicionem is præbet, difficilem se & iniquum alteri præstare non propter veritatē, sed propter imperitiam. Quomodo autem respondens huiusmodi captionibus occurrere debeat, minimo negotio perspici potest: siquidem omnes locos, vnde fallaces conclusiones eruuntur, suprà rectè exposuimus. etsi omnia commēta, omnes fraudes, quas interrogādo solent adhibere sophistæ, satis explicatè docuimus. Neque verò item est sumpta aliqua captione, illius vim perspicere, & vitium vbi sit indicare, quod celeriter posse ei occurrere, qui te interogat. Sæpe enim accidit, vt qđ scimus, mutatis & traiectis verbis ignoremus. Porro quēad modū alijs in rebus omnib. celeritas & tarditas tota pēdet ab exercitatione, ita plane in disputationibus vsuenit. Vnde efficitur, vt tametsi res nobis cognita sit, sæpe tamen quia desit meditatio, exercitatióque expedire nos in tempore & vt decet non possimus. Sanè idem hīc propemodum euenit, quod in mathematicorum descriptionibus. Sicut enim plerunque in conficiendis demonstrationibus accidit, vt postquam dissoluta res est, & ad sua principia reuocata, componere eam rursus non possimus: ita in reprehensionibus vsuenit, vt scimus quidem vnde ducatur captio, eam tamen in partes dirigere non valeamus.

λόγων, ψέγειν λόγοις, μηδὲν ἔχοντα διορίζειν περὶ τῆς φαυλότητος αὐτῆς, ὑποψίαν δίδωσι τὸ δυσκόλως διαφέρειν, οὐ διὰ πλῆθος, ἀλλὰ δι' ἀπειρίαν. διὸ κρινομένοις ὑπὸ τῶν ἀπαντητέον πρὸς τοὺς τοιούτους λόγοις, φανερὸν, ἐπερ ὀρθῶς εἰρήκαμεν πρότερον, ἐξ ὧν εἰσὶν οἱ τοιοῦτοι λογισμοὶ, καὶ τὰς ἐν τῇ πυνθανέσθαι πλεονεξίας ἱκανῶς διείλομεν. οὐ ταυτὸν δέ ἐστι λαβόντα τὸν λόγον ἰδεῖν, καὶ λύσαι τὴν μοχθηρίαν, καὶ ἐρωτῆσόν ἅπαντ' ἐν δυσὶ λόγοις ταχέως. ὁ μὲν ἴσμεν, πολλάκις μεταπίπτομεν ἀγνοοῦμεν. ἔτι δὲ ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις, τὸ ταχὺ καὶ βραδύτερον ἐν τῷ γυμνάζεσθαι γίνεται μᾶλλον, οὕτω καὶ ὅτε τῷ λόγῳ ἔχει. ὥστε αὐδῆλον μὲν ἡμῖν ᾖ, ἀμελέτητοι δ' ὦμεν, ὑστεροῦμεν τῷ καιρῷ πολλάκις. συμβαίνει δέ ποτε καθάπερ ἐν τοῖς διαγράμμασι. ὃ γὰρ ἐκεῖ ἀναλύσαντες, ἐνίοτε συνθεῖναι πάλιν οὐδυνατοῦμεν, οὕτω καὶ ἐν τοῖς ἐλέγχοις. εἰδότες γὰρ παρ' ὁ λόγος συμβαίνει, συνεῖραι τὸν λόγον οὐ δυνάμεθα.

συνθεσις

De solutione apparenti, CAP. II.

AC primùm quidem sicut dicimus, probabiles rationes veris nonnunquā esse anteponendas, ita in respondēdo interdum ad opinionem potiùs quàm ad veritatē cōferēdæ sunt argumentorū dissolationes. Nā

Πρῶτον μὲν οὖν ὥσπερ συλλογίζεσθαι φαμὲν ἐνδόξως ποτὲ μᾶλλον ἢ ἀληθῶς προαιρεῖσθαι δεῖν, ἅτε καὶ λυτέον ἐνδόξως ποτὲ μᾶλλον, ἢ κατὰ τἀληθές. ὅλως γὰρ

πρὸς

πρὸς ἓνιστινοὶς μαχητέον, οὐχ ὡς ἐλέγχοντας, ἀλλ' ὡς φαινομένοις ἐλέγχειν. οὐ γὰρ φαμὲν συλλογίζεσθαί γε αὐτοὺς, ὡς τε πρὸς τὸ μὴ δοκεῖν διορθωτέον. Εἰ γάρ ὅτι ὁ ἔλεγχος ἀπόφασις μὴ ὁμώνυμος ἓξ ἁπλῶν, οὐδὲν ἂν δέοι διαιρεῖσθαι πρὸς τὰ ἀμφίβολα καὶ τὰ ὁμωνυμίαν. ἀλλὰ ποιεῖ συλλογισμόν. ἀλλ' οὐδενὸς ἄλλου χάριν πρόσκειται, ἀλλ' ἢ ὅτι τὸ συμπέρασμα φαίνεται ἐλέγχοειδές. οὐκ οὖν ἐλέγχθαι, ἀλλὰ τὸ δοκεῖν δεῖ λαμβάνειν. ἐπεὶ τό γε ἐρωτᾶν ἀμφίβολα, καὶ τὰ πρὸς τὰ ὁμωνυμίαν, ὅταν τε ἄλλαι τοιαῦται πρόφασεις, καὶ τὸν ἀληθινὸν ἔλεγχον ἀφανίζει, καὶ τὸν ἐλέγχομενον καὶ μὴ ἐλέγχομενον, ἄδηλον ποιεῖ. ἐπεὶ γὰρ ἔξεστιν ἐν τῷ τέλει συμπεραμβύσαι, μὴ ὅπερ ἔφησεν, ἢ φῆσαι λέγειν, ἀλλ' ὁμωνύμως ἢ ἀμφιβόλως, εἰκὸς ὅτι μάλιστα ἔστιν ἐν τούτων φέρων, ἄδηλον εἰ ἐλήλεγκται. ἄδηλον γὰρ, εἰ ἀληθῆ λέγει νῦν. εἰ δὲ δῆλον εἴρετο τὸ ὁμώνυμον, ἢ τὸ ἀμφίβολον, οὐκ ἂν ἄδηλος εἴη ὁ ἔλεγχος, ὅτ' ὀφείλοντος νῦν μὲν ἓν τοῦτο, πρότερον δὲ μᾶλλον οἱ ἐρωτικοὶ τὸ ναὶ, ἢ οὔ, ἀποκρίνεσθαι τὸν ἐρωτώμενον, εἰώθει ἂν. νῦν δὲ ὅλα τὰ μὴ καλῶς ἐρωτᾶν τοῖς πυνθανομένοις, ἀνάγκη προαποκρίνεσθαί τι, διορθοῦντα τὴν μοχθηρίαν τῆς ἐρωτήσεως. ἐπεὶ διλημμάτου γε ἱκανῶς, ἀνάγ-

cũ hominibus contentiosis planè nobis pugnandum est, quasi cum iis, qui videantur redarguere, etiam si non redarguant. Si quidem non dicimus eos ratiocinari. Ideóque dabimus operam ne redarguisse videantur. Etenim si reprehẽsio est ex qui busdam contradictio, sine vlla homonymia, nulla certè distinctione opus est ad ambiguitatem & homonymiam: quandoquidem in hac nulla ratiocinatio efficitur. Sed hac tantum ratione vtimur distinctione, quòd conclusio, redargutionis speciẽ quandã præ se ferat. Nobis igitur cauendum non est, ne redarguamur, sed ne redargui videamur: quandoquidem interrogationes multiplices & ambiguæ, & huius generis aliæ captiones, veram reprehensionem obscurant, & sitne tandem conuictus aliquis, an non, incertum reddunt. Quia enim hîc ad extremũ facta conclusione licet dicere nõ negari id ipsum quod dictũ est, sed homonymos vel ambiguè, etiamsi quam maximè fieri potuit, ad id ipsum, quod dixeras, pertinuerit argumentatio, tum latere reprehensionem necesse est: quòd incertum sit verum ne sit quod dicitur an non. Quod si adhibita antè multiplicis verbi, aut ambiguæ orationis distinctione, tum interrogaret, ad extremum profectò ipsa redargutio non lateret: atque etiam aliud fieret, quod his quidẽ temporibus postulari minùs solet, superioribus autem exigi se

dulò solebat, nempe vt respondens ad interrogatum, aut etiam, aut non, & nil amplius responderet. At his temporibus propter vitiosam, qua omnes ferè vtuntur, interrogandi rationem, necesse est, vt qui respondent, aliquid amplius addant, quo vitium interrogationis corrigant. Nã distinctione aptè adhibita, necesse esset

quæ cur falsa sit ratiocinatio, ostendit. Itaque si quando nil necessariò cõcluditur, siue verum siue falsum concludatur, eius rei declaratio, argumentationis erit solutio. Sed possit illa quidẽ fortasse solutio ad quasdam captiones valere, at in iis certè, ad quas modò adhibetur, vix locũ habere posse videatur. Nouit enim ille Coriscũ hoc ipso quòd Coriscus, & venientẽ hoc ipso quòd venit. at nosse idem & nõ nosse, est tale aliquid, quasi visu uenire, si tu quod albus quidẽ sit quispiam, nosses: eundem autem tu Coriscum esse ignorares. hic enim tu idem scires & ignorares, sed non habita ratione eiusdem rei. Hic verò vtrunque nouit, & Coriscum, quòd sit Coriscus, & venientem quod veniat. In eodem errore, in quo ij quos modò diximus, versantur, qui concedendo omnem numerũ esse multum & paucum, captionem se putant dissoluisse. Cùm enim nil necessariò ista captio cõcludat, hoc prætermisso, ad id se conferunt, vt veram esse conclusionem dicant: omnem enim numerum & multum & paucum esse, magno suo errore fatentur. Sunt etiam qui ex eo quod dupliciter dicitur, illa dissoluunt, patrẽ esse tuum, aut filiũ, aut serum. At qui vt ad id quod multipliciter dicitur elenchus pertineat, perspicuum est oportere, vt aut nomen, aut oratio, multa propriè significet: hũc verò huius esse filiũ propriè dici nemo affirmare audeat, si hac oratione significetur, hũc esse dominum huius qui alicuius est filius, sed fortè, temerè, & (vt sic dicã) per accidẽs fãtũ est, vt ista ad extremũ cõiuncta sumerẽtur, in hũc modũ: Nónne hic tuus est? etiã. At iste est filius: est igitur hic filius tuus: quia scilicet ita fortè accidit, vt idẽ & tuus esset, & filius, nõ quidẽ tuus, sed alicui. Quod idẽ dicẽdũ de captione qua concluditur, bonũ aliquid esse ma-

ἐμπαίσας ψεύδεσι συλλογισμοῦ παρ' ὁ ψεῦδος. εἰ οὖν μὴ συλλελόγισται, ἢ καὶ ἀληθὲς, ἢ ψεῦδος ἔσται χαλεπὸν σκοπεῖν, ἢ ἐκείνου δήλωσις. λύσις ἔστιν. ἴσως δὲ καὶ τὸ τὰ ἐπ' ἐνίων οὐ δεῖν καλύειν συμβαίνειν, πλὴν ὅτι γε τούτων οὐδὲ τὸ δόξειεν ἂν καὶ τὸν Κορίσκον ὅτι Κορίσκος οἶδε, καὶ τὸ ἥξοντα, ὅτι ἥξοντα. ἐνδέχεται δὲ τὸ αὐτὸ εἰδέναι καὶ μὴ. οἷον ὅτι μὴ λελουκὼν εἰδέναι ὅτι δὲ μουσικὸν, μὴ γινωρίζειν. οὕτω γὰρ αὐτὸ οἶδε καὶ οὐκ οἶδεν, ἀλλ' οὐκ ἔστι ταυτὸ τὸ δὲ ἥξοντα καὶ Κορίσκον, καὶ ὅτι ἥξοντα. Κ ὅτι Κορίσκος. οἶδεν. ὁμοίως δὲ ἁμαρτάνουσι καὶ οἱ λύοντες, ὅτι ἅπας ἀριθμὸς, καὶ πολὺς καὶ ὀλίγος, ὡς περ οὐδ' εἰ πολλὰ. εἰ γὰρ μὴ συμπεραίνομέν, τὸ τῶν παλαιστὰς συμπεριπάτειν φασί. πάντα γὰρ ἔστι καὶ πολλὰ, καὶ ὀλίγα, ἁμαρτάνουσιν. ἔνιοι δὲ καὶ πρὸς διττῷ λύουσι τοὺς συλλογισμούς. ὅτι σὸς ὅστι πατὴρ, ἢ ὑὸς, ἢ δοῦλος. καὶ τοι φανείη ὡς ἐνδέχεται τὸ πολλαχῶς φαίνεται λέγεσθαι ὁ ἔλεγχος, δεῖ τοιοῦτον, ἢ τὸν λόγον αὐτὸν δεῖ πλείονα. τὸ γὰρ τόνδε τῶνδε εἶναι τέκνον, ἁπλῶς λέγει κυρίως, εἰ δεσπότης ἔστι τέκνου, ἀλλὰ πρὸς τὸ συμβεβηκὸς ἢ σωμάτιός ἐστιν. ἆρα τὸ τοῦ; ναί. ἔστι δὲ τοῦτο τέκνον, οὐκ ἆρα τοῦτο τέκνον, ὅτι συμβέβηκεν εἶναι καὶ σὸν καὶ τέκνον, ἀλλ' οὐ σὸν τέκνον. καὶ τὸ εἶναί τι τῷ κα-

κῶν

κῶν ἀγαθόν. ἡ γὰρ φρόνησις ἔστιν ἡμῖν ἕξις τῆς κακῶν. τὸ δὲ τοῦτο τοῦτον ἔχει, οὐ λέγεται πολλαχῶς, ἀλλὰ κτῆμα. εἰ δ' ἀεὶ πολλαχῶς (καὶ γὰρ τὸν ἀνθρωπον τῆς ζώου φαμὲν εἶναι), ἀλλ' οὐκ κτῆμα) καὶ ἐπὶ τῶν τὰ κακὰ λέγεται ὡς τινος, ὅτι τοῦτο τῆς κακῶν ἕξις, ἀλλ' οὐ τοῦτο τῆς κακῶν. ὥστε τὸ πῆ οὖν καὶ ἁπλῶς φαίνεται. καίτοι ἐνδέχεται ἴσως ἀγαθὸν εἶναί τι τῆς κακῶν διττῶς, ἀλλ' οὐκ ὅπερ τὸ λόγου τύπου. ἀλλ' εἴ τι δοῦλον ἐστὶ ἀγαθὸν ἢ μοχθηρῷ μᾶλλον. ἴσως δὲ οὐδὲ οὕτως. οὐ γὰρ εἰ ἀγαθὸν καὶ τούτου, ἀγαθὸν τοῦτο ἅμα, ἀλλὰ οὐδὲ τὸ τὸν ἀνθρωπον φαίνεται τῆς ζώων ἕξις, οὐ λέγεται πολλαχῶς. οὐ γὰρ εἰ ποτέ τι σημαίνομεν ἀφελόντες, τοῦτο λέγεται πολλαχῶς. καὶ ὃ τὸ ἥμισυ εἰπόντες τὸ ἔπος. δός μοι, ἰλιάδα σημαίνομεν. οἷον τὸ, Μῆνιν ἄειδε θεά.

lorum, quia prudentia sit malorum scientia. Nam aliquid esse alicuius nō dicitur multipliciter: sed possessionem modò hoc significat: aut si fortè multipliciter dicatur (vt certè videtur dici, quandoquidem homo animalium esse dicitur, nec tamē hic possessio vlla significatur) nil tamen ad istam captionem pertinet. Etenim si ita aliquid ad malа affectum sit, vt illa affectio in genitiuo casu exprimatur, dicetur quidem illud cū aliqua adiectione, & hac ex parte esse malorum: omnino autem & simpliciter non dicetur esse malorum. Vnde efficitur, vt potius illa captio sit referenda ad locum ex eo quod quadā ex parte & simpliciter dicitur, quàm ad locum ex multiplici. Quanquam illud fortasse possit accidere, vt illa oratio, aliquod bonum esse malorum, dupliciter accipiatur, licet in ea de qua agitur captione non sit multiplex: Verbi gratia, si seruus aliquis bonus, sit mali domini. Nisi fortè ne hac quidem ratione possit illa multiplex appellari. Neque enim si seorsum verū sit, hoc esse bonū, idque esse illius, rectè coniūctim efficietur hoc bonū esse illius. Quin ne illud quidē, hominem esse animalium, multiplex est: quando ne alibi quidem, si quid significemus suppressa aliqua particula, id dicetur multipliciter, quippe cùm pronunciato dimidio versu vt, da mihi Μῆνιν ἄειδε θεά, Iliadem significemus.

De fallacia eius quod est simpliciter, vel κατά τι. CAP. XI.

Τοιὴ τῷ τὸ κυρίως πόσι, ἢ ποῖ, ἢ ποῦ, ἢ πῶς, ἢ πρός τι λέγεσθαι, ἢ μὴ ἁπλῶς, λυτέον συμπάντα τὸ συμπέρασμα πρὸς τὴν ἀντίφασιν, εἰ ἐνδέχεται ἕτερον τι πεπονθέναι. τὰ γὰρ ἐναντία, καὶ τὰ

CAptiones etiā quæ ducuntur ex eo quod propriè tale quippiam, aut ex aliqua parte, aut alicubi, aut quodammodo, aut facta ad aliquid collatione, non autem simpliciter dicitur soluendæ sunt, conclusione ad contradictionem examinata, vt intelligatur an aliquid eiusmodi in ea contingat. Contraria enim &

oppositã, affirmationémque & negationem omnino quidem ac simpliciter in re vna dici non cõtingit, at quadam ex parte verũque. aut facta ad aliquid comparatione, aut quodammodo: aut hoc quadam ex parte, illud absolutè, nihil prohibet. Itaque si pars vna simpliciter dicat, pars altera quadam ex parte neget, nõ erit reprehensio: id quod in conclusione animo ad contradictionem intẽto, spectandũ est. Ad hoc autẽ genus captionum omnes pertinent quæ sequũtur: Fieríne potest vt sit aliquid qđ nõ est? at verum est dicere rem quæ nõ est, tale aliquid esse. Nec dissimili modo, nõ esse aliquid quod est, ostenditur: quia de re quæ sit, verum sit dicere nõ esse hoc vel illud: Fieríne potest, vt sanctè iuret quispiam simul & peieret? Fieríne potest, vt idem eidem simul credat & non credat? At certè non idem est esse simpliciter, & esse hoc vel illud: & non ens nõ si aliquid est, omnino ac simpliciter est. Itémque licet hãc quidem rem, & illa ex parte, sanctè iuret quispiam, nõ tamen rectè concluditur omni ex parte sanctè iurare. Nam qui peieraturum iurauit, & peierat, is sanctè quidẽ quod ad hoc pertinet, & hac modò ex parte, iurauit, omnino autẽ ac simpliciter non rectè. Is quoque qui nõ credit alteri, non simul illi omni no credit, sed quadam ex parte. Similis etiã iis est illa captio, qua simul aliquẽ posse mẽtiri & verũ dicere ostẽditur. Verũ quia difficile est statuere, verũ ei qđ est veracẽ esse, tribuendũ sit illud simpliciter, an ei quod est esse mendacẽ, propterea difficilis videtur huius captionis explicatio. Atqui nil incõmodi est, si dicamus eundẽ hominẽ simpliciter quidẽ mẽtiri, ex aliqua tamẽ parte verũ dicere: aut ex parte aliqua verũ dicere, qui simpliciter tamen mendax sit. Nec secus profectò iudicandum est de iis, in quibus quod dicitur, facta modò ad aliquid comparatione verum sit, aut ex aliqua parte insit, aut ad certum quoddam tempus. Nam ex hac eadẽ causa omnes huiusmodi captiones proficiscuntur.

ἀπεικάζομεν, καὶ φάσιν, καὶ ἀπόφασιν, ἁπλῶς μὲν ἀδύνατον ὑπάρχειν τῷ αὐτῷ, πῇ μέντοι ἐνδέχεται, ἢ πρός τι, ἢ πῇ, τὸ δὲ ἁπλῶς οὐδὲν κωλύει. ὥστε εἰ τὸ μὲν ἁπλῶς, τὸ δὲ πῇ, οὐκ ἔλεγχος. πᾶν δὲ ἐν τῷ συμπεράσματι θεωρητέον πρὸς τοὺς αὐτόφασιν. εἰσὶ δὲ πάντες οἱ τοιοῦτοι λόγοι πᾶν τὸ ἔχοντες. ἆρ' ἐνδέχεται τὸ μὴ ὂν εἶ̃ναι; ἀλλὰ μὴν ἔστι γέ τι μὴ ὄν, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ὂν οὐκ ἔστιν. οὐδὲ ἔστιν τι τῶν ὄντων. ἆρ' ἐνδέχεται τὸν αὐτὸν ἅμα ὀμνύειν τε, καὶ ἐπιορκεῖν; ἆρ' ἐνδέχεται τὸν αὐτὸν ἅμα τῷ αὐτῷ πιστεύεσθαι, καὶ ἀπιστεῖσθαι; ἢ οὔτε τὸ εἶναί τι, καὶ εἶ̃ναι, ταυτόν. τὸ δὲ μὴ ὂν, οὐκ ἔστι τι, καὶ ἁπλῶς ἔστιν, ὥστε εἰ ὀμνύει πᾶν καὶ ὀμνύειν. καὶ δὲ ὁμόσας ἐπιορκήσειν, ὀμνύει ἐπιορκῶν τὸ μόνον, ὀμνύει δὲ οὐ. οὐδὲ ὁ ἀπιστῶν πείσεται. ὁμοίως δὲ ὁ λόγος καὶ περὶ τοῦ ψεύδεσθαί τι τὸν αὐτὸν ἅμα καὶ ἀληθεύειν. ἀλλὰ δῆλον τὸ μὲν εἶναι διῃρημένον, πότερον αὖ τις ὑποδοίη τὸ ἁπλῶς ἀληθεύειν, ἢ ψεύδεσθαι, δύσκολον φαίνεται. κωλύει δὲ αὐτὸν εἶναι, ἁπλῶς μὲν ἢ ψευδῆ, πῇ δὲ ἀληθῆ, ἢ πρός, ἢ ἢ ἀληθῆ τινα, ἀλλὰ ἢ μή. ὁμοίως ἢ πρός τι, ἢ πῇ, καὶ ποτε. παύσεις δὲ οἱ τοιοῦτοι λόγοι φαῦλοι τὸ συμβαίνοντος.

ἆρα ἡ ὑγίεια, ἢ ὁ πλοῦτος ἀγαθόν; ἀλλὰ τοῖς φρονίμοις, ἢ μὴ ὀρθῶς χρωμένοις κακὸν. ἀγαθὸν ἄρα καὶ οὐκ ἀγαθόν. ἆρα τὸ ὑγιαίνειν, ἢ δύνασθαι ἐν πόλει, ἀγαθόν; ἀλλ' ἔστιν ὅτε οὐ βέλτιον ἑαυτὸν ἆρα τοῖς αὐτοῖς ἀγαθὸν, καὶ οὐκ ἀγαθόν. ἢ οὐδὲν κωλύει ἁπλῶς ὂν ἀγαθὸν, τοῖσδε μὴ εἶναι ἀγαθόν. ἆρ' ὃ μὴ βέλτιστ' ἂν ὁ φρόνιμος κακὸν; ἀποβάλλειν δ' οὐ βούλεται τὸ ἀγαθόν. κακὸν ἄρα τὸ ἀγαθόν. οὐ γὰρ ταὐτὸν εἰπεῖν τὸ ἀγαθὸν εἶναι κακόν, καὶ τὸ ἀποβάλλειν τὸ ἀγαθόν. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ τῶν κλεπτῶν λόγος. οὐ γάρ εἰ κακόν ἐστιν ὁ κλέπτης, καὶ τὸ λαβεῖν ἐστὶ κακόν. οὐκοῦν τὸ κακὸν βούλεται, ἀλλὰ τὸ ἀγαθόν. τὸ δὲ λαβεῖν, ἀγαθόν. εἰ νόσος κακόν ἐστιν, ἀλλ' οὐ τὸ ἀποβαλεῖν τοῦ νόσον. ἆρα τὸ δίκαιον τῷ ἀδίκου, καὶ τὸ ἀδίκως τὸ δικαίως αἱρετώτερον; ἀλλὰ τὸ ἀποτυχεῖν ἀδίκως αἱρετώτερον. ἆρα δίκαιον τὰ αὐτὰ ἔχειν ἕκαστον, ἃ δ' ἂν τις κρίνει κτᾶσθαι τοῦτο ἑαυτοῦ, αὖ ἢ ψευδῆ κύρια ἔστιν ἃ τῷ νόμου τὰ αὐτὰ ἆρα δίκαιον, καὶ οὐ δίκαιον. καὶ πότερον δεῖ κρίνειν τὸν τὰ δίκαια λέγοντα, ἢ τὰ ἀδίκα; ἀλλὰ μὴν κ' τὸν ἀδικούμενον, δίκαιόν ἐστιν ἱκανῶς λέγειν ἃ ἐπαθε. ταῦτα δ' ἴσως ἀδίκα. ἢ δὲ τὸ πεισθεῖν τι ἀδίκως αἱρετὸν, τὸ ἀδίκως αἱρετώτερον ἢ δικαίως· ἀλλ' ἁπλῶς μὲν τὸ δικαίως· τοῖσδε μέν, τοι οὐδὲν κωλύει ἀδίκως ἢ δικαίως. εἰ τὸ ἔχειν τὸ αὐτὸ δίκαιον, ἆρα ἄλλο ἐστὶ

Nónne sanitas bona, aut diuitiæ? At iis qui parũ prudentes sunt, quíque iis vti rectè non possunt non sunt bonæ: sunt igitur hæc bona & non bona. Nunquid bene valere, aut in sua ciuitate potentem esse, bonũ est? Atqui euenire tempus potest, cùm id non sit bonum: idem igitur eidẽ bonum & non bonum. At hoc certè non est incommodum, quod omnino ac simpliciter bonum est, huic aut illi id non esse bonum. Nónne id malum est quod non vult sibi vir prudens? vir autem prudens amittere bonum non vult: bonum igitur est malum. At non idem est, dicere bonum esse malum, & bonũ amittere, esse malũ. Huic similis est illa de fure oratio. Neque enim si fur est malus, propterea oportet vt eum capere sit malum: nõ igitur qui eũ vult capere, malũ vult, sed potius bonum, quippe cùm bonũ sit illum capere. Nã morbus quoque malum est: sed eo liberari non est malum. Nónne iusta iniustis, & quæ iure fiũt iis quæ iniuria, optabiliora sunt. At optabilius est iniuria mori, quàm iure. Nónne æquum est sua quemque habere? Quæ verò tibi adiudicata sunt falso iudicio, sed tamen quod putauit iudex esse æquissimum, ea legibus rata esse debent. Est igitur idem æquum & iniquum. Estne is cõdemnandus qui æqua profert in iudicio, an qui iniqua? Atqui æquum est eũ, cui facta est iniuria, omnia proferre, quæ suo cum damno pertulit: erant autẽ illa iniusta. Neque enim si iniuria pati aliquid optabile est, statim existimandum est, omnino id magis expetendum esse, quod cum iniuria coniunctum est, quàm quod iuri consentaneũ. Sed omnino quidẽ ac simpliciter ius est iniuria optabilius, nil tamẽ vetat quo minus iniuria, quod ad hoc vel il-

lud attinet, sit magis expetenda. Itémque sua quemque habere æquum est, aliena iniquum: & tamen iudicium hoc iustũ esse nil prohibet, nimirũ quiã vt æquissimum esse existimauit iudex, ita iudicauit. neque enim oportet, si quid quod ad hãc qui dem rem attinet, aut hoc modo iustum est, omnino esse iustum. Simili modo vt sint aliqua per se iniusta, fieri tamen potest, vt illa recitare & in iudicio edere, iustum sit. neque enim rectè efficies iustũ esse quippiam, si illud exponere iustum sit: sicuti nõ est necesse id esse vtile, cuius narratio vtilis est. quod idem de rebus iustis sentiendum est. Illud itaque non rectè concludebatur, quia iniqua erant quæ edidit is qui passus est iniuriam, propterea eum vincere qui iniqua in iudicio protulit. nam illa protulit quæ edere quidem æquum erat, simpliciter autem, & ad ferendum, iniqua.

οὐ δικαιον. κρίσει μὲν τοι ταύτην δικαίαν εἶ οὐδὲν κωλύει. οἷον αἱ ἡ κατὰ τὴν δόξαν τοῦ κρίνοντος. οὐ γὰρ εἰ δίκαιον τοδὶ ἢ ὧδὶ, καὶ ἁπλῶς δίκαιον. ὁμοίως δὲ καὶ ἄδικα ὄντα, οὐδὲν κωλύει ταῦτα λέγειν δίκαιον εἶναι. οὐ γὰρ εἰ λέγειν δίκαιον, αὐάγκη δίκαια εἶναι· ὥσπερ οὐδὲ εἰ ὠφέλιμον λέγειν, ὠφέλιμα ὁμοίως δὲ καὶ ὅσα τῇ δικαίῳ. ὥστε οὐκ εἰ τὸ λεχθὲν ἄδικα, ὁ λέγων ἄδικα νικᾷ. λέγειν γὰρ ἃ λέγειν ἔστι δίκαια, ἁπλῶς δὲ καὶ παθεῖν ἄδικα.

De ignorantia elenchi, de petitione quæsiti ab initio propositi, & de fallacia consequentis.

Cap. XII.

CAptionibus autem quæ ex definitione reprehẽsionis existũt, ea ratione occurrendũ est, quã prius exposuimus, cõclusione ad contradictionẽ examinata: vt in ea sit idem, secũdum idem, ad idem, eodem modo, & in eodem tempore. Quòd si iam inde à principio interroget, nõ est fatendum fieri non posse, vt idem sit duplum & nõ duplum. quin potius concedendum est fieri posse, non eadem tamen ratione. Hoc enim concesso reprehensio existeret. Ducuntur autẽ omnes istæ captiones ex hoc

Τοῖς δὲ ἐκ τὴν ὁρισμὸν γινομένοις τὸν ἐλέγχου, καθάπερ ὑπεξῄρηται πρότερον, ἀπαντητέον, σκοπεῦσι τὸ συμπέρασμα τὸ πρὸς τὴν ἀντίφασιν ὅπως ἔσται τὸ αὐτὸ, καὶ πρὸς τὸ αὐτὸ, καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ, καὶ πρὸς τὸ αὐτὸ, καὶ ὡσαύτως, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ. ἐὰν δὲ ἐν ἀρχῇ προτείνῃ, οὐχ ὁμολογητέον. ὡς δ' οὐκ ἔστιν τὸ αὐτὸ εἶ διπλάσιον, καὶ οὐ διπλάσιον. ἀλλὰ φατέον, μὴ μέντοι ὧδὶ, ὡς ποτὲ ἐν τῷ ἐλέγχεσθαι διωμολογημένον. ἐπεὶ ἅπαντες οἵδε οἱ λόγοι πρὸς τὸ τοιοῦδε

πάντα δὲ ἔστι ὁ εἰδὼς ἕκαστον ὅτι ἕκαστόν, εἴδησε τὸ πρᾶγμα; καὶ ὁ ἀγνοῶν ὡσαύτως εἰδώς ἐστι τὸν Κορίσκον ὅτι Κορίσκος, ἀγνοῶν αὖ ὅτι μουσικός; ὥστε τὸ αὐτὸ ἢ δύσται, καὶ ἀγνοεῖ. καὶ πάλιν ἔστι τὸ τριάπηχυ τοῦ ξυπήχους μεῖζον· ἴσοιτο δ' ἂν ὧν ξυπήχους τριάπηχυ καὶ τὸ μῆκος, τὸ δὲ μεῖζον, ἐλαττόνος μεῖζον. αὐτὸ ἄρα αὑτοῦ μεῖζον καὶ ἔλαττον. Τοῖς δὲ ἐξ ἀρχῆς τὸ αἰτεῖσθαι καὶ λαμβάνειν τὸ ἐν ἀρχῇ, πιθανομύθῳ μὲν, οὐ δῆλον, καὶ δοκοῦν, οὐδ' ἂν ἐνδοξον ἦ, λέγοιτο πάλιν ἂν. ἐὰν δὲ λάθῃ, τοῖς ἀγνοιαν διὰ τῶν μοχθηρῶν λόγων εἰς τὸν ἐναντίον μεταστρεπτέον, ὡς καὶ διειλεγμένον. ὁ γὰρ ἔλεγχος αὐτὸ τὸ ὃ ἐξ ἀρχῆς, εἰ δ' ὅτι ἐδόθη, οὐχ ὡς πρὸς τοῦτο χρηστομύθει, ἀλλ' ὡς πρὸς τὸν συλλελογισμένον τὸ ἐναντίον, ἢ ὅτι τῷ παρεληλεγμένον. καὶ τοῖς διὰ τὸ παρεπόμενον συμβιβάζουσιν, ἐπ' αὐτῷ τὸ λόγον διωκτέον ὄντι, ὡς ἀπτέον τῷ ἐν μέσῳ ἢ ἀκολουθήσεως. ἢ γὰρ ὡς τῷ ἐν μέρει τὸ καθόλου, εἰ ἄνθρωπος ζῷον. ἀξιώσαι γὰρ εἰ τόδε μετὰ τοῦδε, καὶ τόδε ἔστι μετὰ τοῦδε ἢ οὐ· τὶς οὐ τίθησιν εἰ δὲ τόδε τοῦδε ἀκολουθεῖ, τῷ ἀπεικότι τὸ ἀπεικὸς τὸ αὐτὸ ἐστίν. παρὸ ὁ τοῦ Μελίσσου λόγος εἰ γὰρ τὸ γεγονὸς ἴσχει ἀρχὴν, καὶ τὸ ἀγένητον ἀξιοῖ μὴ

lacere. Numquid quæque rē nouit aut ignorat, qui nouit aut ignorat quænam & qualis sit res quæque? Atqui idem qui nouit Coriscum vt Coriscus est, de eodem quòd sit musicus ignorat: eandem ita quę rem nouit & ignorat. Et rursus nónne maius quod quatuor cubitorum magnitudinem habet, quàm quod trium? at fieri potest ex tricubito magnitudo, quatuor cubitos in longum producta. Et necesse est, vt omne quod maius est, minore sit maius: potest igitur fieri vt idem seipso sit maius & minus. His vero quæ ducuntur ex petitione principij, ita occurrendum est, vt si ille qui responderit, talia sumi perspiciat, nil eorum admittat, ne si illa quidem sint probabilitatis tamen vt interim vera esse dicat illa quæ nō admittit. Sin hoc lateat, ignorationem suam in aduersarium propter huiusmodi argumentorum vitium reiiciet: dicens nil eum tandem confecisse, nec bene disputasse (debet enim vt sit reprehensio, abesse petitio principij) aut dicet se illa admisisse, non vt iis aduersarius vteretur, sed vt aduersus illa disputaret, eiusque contrarium concluderet, quod captiosa sua reprehensione confecit. Quod verò attinet ad eas quæ ex consequentibus eruuntur, in eo ipso vnde vim habere argumētū videtur, vitium indicādū est. Cùm enim duplex sit argumentum à consequentib vnū in quo ex parte vniuersum genus cōcludicur, vt ex homine animal: alterū in quo inter opposita tractatur cōsecutio: in priore genere dicēdū est, eo aduersarium peccare, quia velit vt ex hoc illud sequatur, ità vicissim ex illo hoc cōcludi, qđ minimè necesse est: in posteriore aūt quia velit, si ex hoc accidēte illud cōsequens efficitur, ex cōtrario antecedētis omnino ac semper cōsequētis cōficiri contrariū cōsequētis. Cuius generis est argumētatio Melissi, nā si quod generatū est principiū habet, ex eo cōfici recte existimat, quod non est generatū, nō ha-

here principiũ. Itaq; ingenitũ est cælũnõ habere principium, adeoque esse infinitum. Atqui nonita res habet: cõtrario enim ordine valet consequutio.

ἔχῃ. ὡς τε εἰ ἀγένητος ὁ οὐρανὸς, καὶ ἄτελος. τοῦτο δ' οὐκ ἔστιν. ἀνάπαλιν γὰρ ἡ ἀκολουθησις.

De non causa, & de pluribus interrogationibus pro vna acceptis, CAP. XIII.

IN iis autẽ quæ cõcludunt ex eo, quòd amplius aliquid adiectum est, videndũ an eo subla to, nihilominus sequatur idẽ incommodum. Quod vbi ita esse cõpereris, dicendum esse datũ nõ quod videretur, sed velut ad disputationẽ: vt verò eo vtiseſt, ad disputationem nihil pertinere. His verò qui plures interro gationes quasi vnam accipiunt, iam inde ab initio occurrẽdum est, idque adhibita distinctione. Est enim vna interrogatio, ad quam simplex rectè adhibetur responsio. Itaque nec plura de vno, nec vnum de pluribus affir mandum est aut negandũ. Porrò aũt sicut in homonymis interdum euenit vt vtraque, interdum vt neutra significatione ve rum sit quod interrogatur, cõ que accidit, vt qui quasi ad simplicem interrogationem vnam dedit responsionem, nullo inde possit vrgeri incommodo: ita in iis de quibus agitur vsuenit, vt quãdo plura de vno, aut vnũ de pluribus verè affirmatur, aut ne gatur, qui simplicem ad illã dederit responsionem, quanquam in eo, vitio nõ careat, nulla tamen hinc ducta ratione conuin ci reprehendique possit. Quando verò illa partim verè, partim falsò dicuntur, aut etiam quando plura de pluribus ita enũciantur, vt vno quodã modo vtraque vtrisque conueniãt, alio quodam modo nõ conueniant, tũ maximè nobis cauendum est. Exempli causa: Acceptis duobus quorũ vnum bonũ sit, alterũ malũ, nónne illa verũ est vno modo dicere esse bona &

Ὅσοι τε ὡς ἓν τὸ πλείω τιθέασι συλλογιζονται, σκοπεῖν εἰ ἀφαιρουμένου συμβαίνῃ μηδὲν ἧττον τὸ ἀδύνατον. καίπερ τοῦτο ἐμφανιστέον καὶ λεκτέον ὡς ἔδωκεν, οὐκ ὡς δοκοῦν, ἀλλ' ὡς πρὸς τὸν λόγον. ᾧ δ' οὐ χρῆται, οὐδὲν πρὸς τὸν λόγον. πρὸς ὃ τοὺς τὰ πλείω ἐρωτήματα ἓν ποιοῦντας, δύθις ἐν ἀρχῇ διοριστέον. ἐρώτησις γὰρ μία πρὸς μίαν ἀποκεισθω, ὥς τε οὔτε πλείω καθ' ἑνὸς, οὔτε ἓν κατὰ πολλῶν, ἀλλ' ἓν ἑνὸς ἢ ῥᾴτέον, ἢ ἀποφατέον. ὥσπερ ὅ ἔδωκεν ἐν ὁμωνύμων ὅτι μὲν ἀμφοῖν, ὅτε δ' οὐδετέρῳ ὑπάρχει. ὥς τε τοῖς μὲν τὸ ἁπλοῦν ἐρώτημα ἁπλῶς ἀποκρινομένοις, οὐδὲν συμβαίνει πάσχειν. ὁμοίως δ' ἂν ἔχοι τοῦτον, ὅταν μὲν ἢ τὸ πλείω πρὸς ἕνι, ἢ τὸ ἓν τοῖς πολλοῖς ὑπάρχῃ, ἢ μὴ ὑπάρχῃ, πρὸ ἁπλῶς δόντι κατ' ἀμαρτόντι ταύτῃ τὴν ἀμαρτίαν, οὐδὲν ὑπεναντίωμα συμβαίνει. ὅταν δὲ ἢ τὸ μὲν, τὸ δὲ μὴ, ἢ πλείω κατὰ πλειόνων, κατ' ἔστιν ὡς ἀμφότερα ὑπάρχει ἀμφοτέροις, ἔστι δ' ὡς οὐκ ὑπάρχει πάλιν. ὡς τε δεῖ λαβεῖν τέον, καὶ ἐν τοῖς δε τοῖς λόγοις. εἰ τὸ μὲν ὄντι, ἀγαθὸν· τὸ δὲ, κακόν: ὅτι ταῦτα ἀληθὲς εἰπεῖν ἀγαθὸν καὶ

κακὸν,

κακὸν καὶ πάλιν μήτε ἀγαθὸν, μήτε κακόν. οὐκ ἔστι δὲ ἑκάτερον ἑκατέρῳ. ὥστε ταὐτὸ ἀγαθὸν καὶ κακόν, καὶ οὔτε ἀγαθὸν, οὔτε κακόν. καὶ εἰ ἕκαστον αὐτὸ αὑτῷ ταὐτόν, καὶ ἄλλοις ἕτερον. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἄλλοις ταῦτα, ἀλλ' αὐτοῖς καὶ ἕτερα αὐτῷ, ταὐτὰ ἑαυτοῖς ἕτερα καὶ ταυτά. Ἔτι εἰ τὸ μὴ ἀγαθὸν, κακὸν γίνεται, τὸ δὲ κακὸν ἀγαθὸν, δύο γίνοιντ' ἄν. δυοῖν τε καὶ ἀνίσων ἑκάτερον αὐτὸ ἑαυτοῦ ἴσον, ὥστε ἴσα καὶ ἄνισα τὰ αὐτὰ ἑαυτοῖς. ἐμπίπτουσι μὲν οὖν οὔτοι οἱ λόγοι καὶ εἰς ἄλλας λύσεις καὶ δὴ τὸ, ἀμφω καὶ τἀμφοτερα πλείω σημαίνει, οὐκ οἶν ταυτὸν πλοῦ ὄνομα συμβαίνῃ φάσκειν ἔστι δ' ὅπως ἔχει καὶ οὐκ ἐλεγχος. ἀλλὰ φανερὸν ὅτι μὴ μιᾶς ἐρωτήσεως τὸ πλειόνων γινομένων, ἀλλ' ἑνὸς καθ' ἑνὸς φαίνοντος ἢ ἀποφαίνοντος, οὐκ ἔσαι τὸ ἀδύνατον.

mala, & rursus altero nec bona nec mala? neque enim vtraque attributa vtrisque subiectis inesse possunt. Idem igitur bonũ & malum est, & rursus nec bonum nec malum. Itẽ si quæque res secum est eadem, & ab aliis diuersa, eadem diuersa erunt & eadem. Item si bonus quispiam malus fiat & malus quispiam bonus, duo profectò fient, & duorum ac inæqualiũ vtrumque sibi esse æquale: ideóque eadem sibi esse æqualia & inæqualia. Sed captiones hæ etiam in aliã solutionem cadunt: præsertim cùm illa nomina, vtraque, itémque omnia, multis modis dicantur. Vnde fit vt nõ idẽ affirmetur & negetur, nisi nomine tenus: quam veram esse reprehensionẽ suprà negauimus. Cæterum illud planum est, nunquam illa incommoda sequi potuisse, nisi ex multis interrogationibus vna facta essent: si vnum vni attributum fuisset affirmando aut negando.

De negatione, Cap. XIIII.

Περὶ δὲ τοῦ ἀπαγόντων εἰς ταυτὸ πολλάκις εἰπεῖν, φανερὸν ὡς οὐ σύνδεσμον τοῦ κατὰ τί λεγομένων σημαίνειν τι χωρίζουσας καθ' αὑτὰ τὰς κατηγορίας. ἢ τὸ διπλάσιον αὐτοῦ τὰ διπλάσιον ἡμίσους, ὅτι ἐν φαίνεται. καὶ δὴ τὰ δέκα ἐν τοῖς ἐνὸς δέουσι δέκα, καὶ τὸ ποιῆσαι ἐν τῇ ἀποφάσει ἢ φάσις. ἀλλ' ὅμως οὐκ εἴ τις λέγοι τόδε μὴ εἶναι λευκὸν, λέγει αὐτὸ λευκὸν εἶναι. τὸ δὲ διπλάσιον, κἀδὲ σημαίνῃ οὐδὲν ἴσως, ὥσπερ οὐδὲ τὸ ἐν πεντ' ἡμίσει. εἰ δὲ

QVòd verò attinet ad eas captiones, quæ eò spectãt vt adimptam eiusdem verbi repetitionem aduersarij perducant, perspicuum est nõ esse concedendum attributa quæ ad aliquid dicuntur, præter se significare separatas attributiones, vt duplũ sine duplo dimidij. Quod vnũ apparet. Etenim decẽ sumpta sunt in eo quod dicitur vno minus decẽ, & facere in nõ facere, & omnino in negatione affirmatio: neque tamẽ verũ est cũ qui dicit, hoc non esse album, significare albã esse. Duplũ autẽ nil quicquã fortasse significet, sicut nec quod in dimidio, aut si

significat, non eodem certè modo separatim atque coniunctim significat. Neque etiam scientia in specie sumpta: veluti si medicina est scientia, idipsum significat quod cùm in genere sumitur, quod quidem erat ipsius scibilis scientia. De iis autē attributis quæ per subiecta definiūtur, illud primum nobis dicendū est, nō idem significare seorsum & cùm in ipsa definitione accipiuntur. Curuum enim si cōmuniter ac per se sumatur, idem significat in simo & in varo: at coniunctum illae cum naso, hae cum cruribus, nil prohibet aliud atque aliud significare: nec quic quam interest nasum curuū an nasum simum appelles. Deinde verò non est danda dictio vt in recto casu: quandoquidem falsa illo modo fiat oratio: neque enim verum est in recto. Simum est nasus curuus, sed nasi talis affectio. Quocirca nil absurdum sequitur, si nasus simus esse dicatur nasus habens nasi curuitatem.

ἄρα καὶ σημαίνει, ἀλλ' οὐ ταυτὸ, καὶ συμπεπλεγμένον. οὐδ' ἡ ὕπτησίμη ἐν τῷ εἶδει. ᾗ δ' ἔστιν ἡ ἰατρικὴ ὕπτησίμη ὅπερ τὸ κοινὸν, οὕτω σῴζεται· ἦν δὲ ὕπτησίμη ὕπτησιτοῦ. ἐν δὲ τοῖς δι' ὧν δηλοῦται καθηρεσυμμένοις, τὸ τοιοῦτον λεκτέον. ὡς οὐ τὸ αὐτὸ λαμβάνεις, καὶ ἐν τῷ λόγῳ τὸ δηλαδύμενον. τὸ γὰρ κοῖλον κοινῇ μὲν τὸ αὐτὸ δηλοῖ ὅτι τὸ σημοῦ ἢ ῥαγοῦ, ὥσπερ πρόσθεμον δὲ οὐδὲν κωλύει. ἀλλὰ τὸ μὲν τῇ ῥινὶ, τὸ δὲ ταῖς σπέλεσι συμβαίνει. καὶ οὐδὲν διαφέρει εἰπεῖν, ῥὶς σιμὴ, ἢ ῥὶς κοίλη. ἔτι οὐ δοτέον τινὶ λέξιν κατ' αὐτό. ψεῦδος γὰρ ἔσται. οὐ γὰρ ἔστι τὸ σιμὸν ῥὶς κοίλη, ἀλλὰ ῥινὸς τοιᾶσδε ταῖσδε. ὥστε οὐδὲν ἄτοπον εἰ ἡ ῥὶς ἡ σιμὴ, ῥὶς ἔστιν ἔχουσα κοιλότητα ῥινός.

De solœcismis, Cap. XV.

QVod autē ad solœcismos attinet, vnde illi quidē ducantur, suprà exposuimus: quomodo autē iis occurrendum sit, ex ipsis orationibus intelligimus. Hi enim omnes hoc volūt: Nónne quod verè dicis, hoc reuera est? dicis autem aliquid esse lapidem, est igitur aliquid lapidem. At enim lapidem dicere non est dicere hoc sed húc, nec illud sed illum. Quocirca si hūc in modum interrogasset alius, nónne quem tu esse verè dicis, est illud? statim apparuisset illū non Latinè loqui: quemadmodum nec is quidem Latinè loqueretur, qui interrogaret, nónne hic est quam tu esse dicis? Lignum verò & alia quæuis nomina, quæ nec masculina nec fœminina sunt, an illo modo mutatis casibus interroges, nil refert:

Περὶ δὲ τῶν σολοικισμῶν, ὅθεν ἕκαστα μὲν φαίνονται συμβαίνειν, εἴπομεν πρότερον. πῶς δὲ λυτέον, ἐκ τῶν αὐτῶν τῶν λόγων ἔσται φανερόν. ἅπαντες γὰρ οἴονται τοῦτο βούλεσθαι πραγματεύεσθαι. ἆρ' ὁ λέγεις ἀληθὲς, καὶ ἔστι τοῦτο ἀληθές; ἐπεὶ δέ τι ἔστι λίθον, ἔστιν ἄρα τι λίθον. ἢ τὸ λέγειν λίθον, οὐκ ἔστι λέγειν ὃ, ἀλλ' ὃν καὶ τοῦτο, ἀλλὰ τοῦτον. εἰ οὖν ἔροιτό τις, ἆρα ὃ λέγεις ἀληθὲς ὄζει τοῦτο; οὐκ ἂν δοκοίη ἑλληνίζειν, ὥσπερ οὐδ' εἰ ἔροιτο, ἆρ' ἣν λέγεις εἶ), ἔζευν ἔστιν; ξύλων δ' εἰσὶν ἔστιν. ἢ ὅσα μήτε ὀνόματ' ἄῤῥεν σημαίνει, οὐδὲν διαφέρει

φέρει

φέρῃ. διὰ δὲ τί ποτε) σολοικισμός, εἰ ὁ λίθος ἦ). ἐστὶ τὸ τί; ξύλον δὲ λίθος ἦ). ἔστιν ἄρα ξύλον. ὁ δὲ λίθος ἦ τὸ, οὐδεὶς, ἀρρένος ἐκλήθην. εἰ δέ τις ἔροιτο, ἆρ' οὗτός ἐστιν αὐτὸς, εἶτα πάλιν, τί δ' ὑγιὲς ἦ τὸς ὄστις ὁ Κορίσκος; εἶτα εἶπαι, ἔστιν ἄρα οὗτος αὐτὸς, ἢ συλλογισμὸς ἢ σολοικισμός, ἀλλ' εἰ τὸ Κορίσκος σημαίνει ὥσπερ αὖτη, μὴ δίδωσι δ' ὁ ἀποκρινόμενος, ἀλλὰ δεῖ τὸ προτερωτηθῆναι. εἰ δ' μή τε ἔστιν, μήτε δίδωσιν, οὐ συλλελόγισται, οὔτε σολοικίζει· τὸ ἐρωτώμενον. ὁμοίως δὲ καὶ δεῖ τὸ λίθον σημαίνειν οὗτος. εἰ δὲ μήτε ἐστὶ, μήτε δίδοῖ), οὐ λεκτέον τὸ συμπέρασμα. φαίνεται) ἢ ὠδὶ τὸ τίνα αὐτὸν ἀνάγκην εἶναι τὸ ὄνομα τὸ μοίαν φαίνεσθαι. ἆρα ἀληθὲς ἔστιν εἰπεῖν σε αὖτη ἔστιν, ὥσπερ εἶ) φῆς αὐτίνα; εἶ) δὲ φῆς ἀπορίδα. ἔστιν ἄρα αὖτη ἀπορίδα. ἢ οὐκ ἀνάγκη, εἰ μὴ τὸ αὐτὸ ἀπορίδα σημαίνει, ἀλλὰ ἀμφὶς, τὸ δὲ ἀπορίδα τωὐτίνα. ὁδὶ δ' φῆς εἶ) τοῦτο ὄστις εἶναι; φῆς δὲ εἶναι Κλέωνα, ἔστι ἄρα οὗτος Κλέωνα. οὐ γάρ ὄστι οὗτος Κλέωνα. ἐπεὶ ταῦ γε ὃν φημι τὸν εἶ), ἔστι οὗτος, οὐ τὸν. οὐδὲ γὰρ ἐλλιμίζει οὕτως τὸ ἐρώτημα λεχθὲν. ἆρ' ὅτι τὸ ταῦ τὸ τοῦτο; ἔστι δ' λίθος, ὅτι τὸ ταῦ ἄρα λίθος ἢ ἐστὶν σημαίνει ἐν τῷ. ἄρα ὅτι τὸ τοῦτο, ἢ ἐν τῷ, τὸ δὲ λίθος, ἀλλ' ἐν τῷ κρότῳ, τὸν. ἐν δ' τῷ ὑστέρῳ οὗτος. ἆρα ἃ ἐπισταμαι ἔχεις,

vnde etiã sit, vt si illa ad neutrũ accõmodes, nõ fiat solœcismus: Nónne quod tu esse dicis, illud est? lignũ aũt tu esse dicis, lignũ igitur est. Lapis autẽ & articulus, hic masculinorũ habẽt inflexionẽ. At verò si interrogauerit quispiã, sitne iste, illa? tũ subiecerit, nónne iste est Coriscus? & ad extremũ concluserit, est igitur iste illaenõ erit professũ hoc modo cõclusus solœcismus: nec ſi Coriscus quidẽ reuera idẽ ſignificet cum aliqua re quæ eſt fœminini generis, ſed hoc non admiſerit is qui reſpõdet. Verũ id prius interrogatũ oportuit. Quòd ſi neque iſta eſt, neque ita eſt; neque ita eſſe admiſerit reſpõdens, omnino nulla fiet ratiocinatio, nec reuera, nec aduerſus eũ qui interrogatur. Simili igitur modo & hic quoque oporteret lapidẽ ſignificare hic Quòd ſi nec ita ſit, neque ita eſſe dederit reſpondẽs, nõ eſt effecta cõcluſio: videtur autẽ quòd diſſimiles caſus nominũ præ ſe ferãt quandã ſimilitudinẽ. Quid? nónne hæc verè dicetur eſſe illud ipſum quod tu eam eſſe dicis? Atqui tu hanc parmã eſſe dicis: eſt igitur hæc parmã. An hoc modo nil conſectũ eſt? Certe. Nam, hæc, nõ parmã, in accuſatiuo ſibi adiũgi poſtulat ſed in nominatiuo, parma: at articulus, hãc, ad accuſatiuum parmam adiungitur. Simile etiã illud eſt. Nónne hic eſt illud ipſum quod tu cũ eſſe dicis? tu autem Cleonem eſſe dicis. Eſt igitur hic Cleonem. Neque enim articulus hic, Cleonem in accuſatiuo ſibi iungere debuit, quippe cùm in prima interrogatione dictum ſit, quem tu eſſe dicis, hic eſt, non autẽ hunc eſt. Neque enim qui hoc modo dixiſſet, latinè fuiſſet locutus. Nónne ſcis tu illud? Eſt autẽ illud lapis, ſcis igitur lapis. Sed illud, nõ eodẽ modo ſumitur in priore ſcis tu illud? & in poſteriore. Eſt aũt illud lapis: nũ in priore, hũc, in poſteriore, hic. Nõne illud ſcis

cuius tu habes scientiam? Habes autem lapidis scientiam, scis igitur lapidis. An illud, lapidem significat, huius autē, lapidis? Atqui concessum est cuius habes scientiam, illud te scire, non huius. Quare concludendum fuit, scis igitur lapidem, non lapidis. Quòd igitur huiusmodi captionibus non concludatur solœcismus, sed videatur modò concludi, & quomodo iis occurrēdum sit, ex iis quæ sunt à nobis exposita, planè intelligi potest.

ἐπίστῃ) τὰ πῖ; ἐπιστήμῃ ἔχεις λίθου. ἐπίστασαι ἄρα λίθου. ἢ τὸ μὲν τούτου, λίθου λέγεις, τὸ δὲ τοῦτο, λίθον. ἐδόθη δὲ οὐ ἐπιστήμῃ ἔχεις ἐπίστασαι, οὐ τούτου, ἀλλὰ τοῦτο, ὥστε οὐ λίθου ἀλλὰ λίθον. ὅτι μὲν οἱ τοιοῦτοι τῷ λόγῳ συλλογίζονται σολοικισμόν, ἀλλὰ φαίνονται, καὶ πῶς ἀναιρετέον πρὸς αὐτούς, φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων.

De facilitate vel difficultate cognoscendi genus captionis, & respondendi, Cap. XVI.

ILlud autem hoc loco nobis intelligendum est, de captionibus omnibus nonnullas esse, in quibus facile sit causam perspicere, alias in quibus difficile deprehendere quam ob causam & in quo auditorem decipiant. Quando hæ in illis sæpe eædem sunt. Eandem verò dico, quæ ex eodem ducitur. Ac eadem quidem captio aliis ex verbis, aliis ex alio genere duci videtur. Id quod propterea fit, quia quæ translata sunt, non æquè semper solent esse perspicua. Quemadmodum igitur inter eas quæ ex homonymia ducuntur (qui certè locus est omnium, unde oriuntur fallaces conclusiones, vulgatissimus) quædā sunt quæ cuius etiam imperito sunt apertæ, adeóque ridiculæ & leues captiones, ex verbo propemodum omnes eruuntur, cuiusmodi sunt istæ: Vir ferebatur per scalas φέρων. &, Quò properat? πρὸς τὸν κεραέα. Et, vtra boū ante parietē? neutra, sed retro vtráque. Nunquid purus est Boreas? non, sed impurus, qui mendicos æquè & mercatores interficit. Nunquid Εὔαρχος ille est? non, sed Apollonides. Eodémque planè

Δεῖ δ καταμαθεῖν ὅτι πάντων τῶν λόγων, οἱ μὲν εἰσι ῥᾴους καταδεῖν, οἱ δὲ χαλεπώτεροι παρά τι, καὶ ἔν τινι φαλλομένους τοὺς ἀκούοντα, πολλάκις οἱ αὐτοὶ ἐκείνοις ὄντες. ἢ αὐτὸν τὸν λόγον δεῖ καλεῖν ἢ φαῦλ. ταὐτὸ λεγόμενον. ὁ αὐτὸς δὲ λόγος τοῖς μὲν φαῦλ ἢ λέξις, τοῖς δὲ παρ' ἕτερον δοξειεν ἂν εἶναι, διὰ τὸ μεταφερόμενον ἕκαστον, μὴ ὁμοίως ἔχ) δῆλον. ὥσπερ οὖν ἐν τοῖς φαῦλ τῶν ὁμωνυμιῶν, ὅσπερ δοκεῖ τόπος συνιδεῖσθαι ἔχ) τῶν φαλλομένων, τὰ μὲν καὶ τοῖς τυχοῦσιν ὅτι δῆλα, & οἱ λόγοι φανεροὶ οἱ γελοῖοι, πάντες εἰσὶ φαῦλ τῶν λέξιν. οἷ ἀπὸ ἐφέρετο κ) κλίμακος φέρων. & ὅπου σπεύδει; πρὸς τὸν κεραέα. καὶ πότερα τῶν βοῶν ἑστηκὸς ἐστὶν τεῖχος; ἀμφότερα, ἀλλ' ὁ πρὸς ἄκρῳ ἀμφω. καὶ κακὸς ὁ βορέας; οὐ δῆτα. ἀπέκτεινε γὰρ τὸν πλώοντα καὶ τὸν ὠνούμενον. ἆρ' Εὔαρχος; οὐ δῆτα, ἀλλὰ Ἀπολλωνίδης. τὸν αὐτὸν δὴ

ἔσον

τόπον, ἢ τὴν ἄλλων τινῶν οἱ πλεῖστοι. τὰ δὲ καὶ τοῖς ἐμπειροτάτοις φαίνεται λανθάνειν. σημεῖον δὲ τούτου, ὅτι μάχονται πολλάκις περὶ τὴν ὀνομάτων δύναμιν. δεῖ πότερον ταὐτὸν σημαίνει τὸ ἓν καὶ πάντων καὶ τὸ ὄν, ἢ ἕτερον. τοῖς μὲν γὰρ δοκεῖ ταυτὸν σημαίνειν τὸ ὄν. καὶ τὸ ἓν. οἱ δὲ τὸν Ζήνωνος καὶ Παρμενίδου λύουσι λόγον, ὡς τὸ πολλαχῶς φαίνεσθαι τὸ ἓν λέγεσθαι καὶ τὸ ὄν. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ συμβεβηκὸς, καὶ περὶ τὴν ἄλλων ἕκαστον· οἱ μὲν ἐσθλὴν ῥᾴδιος ἰδεῖν, οἱ δὲ χαλεπώτερον τὴν λόγων, καὶ λαθεῖν ἐν τίνι γήνει, καὶ πότερον ἔλεγχος, ἢ οὐκ ἔλεγχος, οὐ ῥᾴδιον ὁμοίως περὶ πάντων ἐστί δὲ δριμὺς λόγος, ὃς τῆς διαπορεῖν ποιεῖ μάλιστα. διάκειται γὰρ οὕτως μάλιστα. ἀπορία δ' ἐστὶ διττή· ἡ μὲν ἐν ταῖς συλλελογισμένοις, ὅτι αὐ ἔστιν τῆς τῆν ἐναντιοφάσιν· ἡ δὲ ἐν τοῖς ἐλεγκτικοῖς, πῶς εἰπεῖν τῆς τὸ ἐναντίον. διὸπερ ἐν τοῖς συλλογιστικοῖς, οἱ δριμύτεροι λόγοι ζητεῖν μᾶλλον ποιοῦσιν. ἔτι δὲ συλλογιστικὸς μὲν λόγος δριμύτατος. αὖ δ' ὅτι μάλιστα δοκούντων ἐνδόξων, ὅτι μάλιστα ἔνδοξον ἀναιρῇ τις, καὶ κατασκευάζῃ. εἰς γὰρ ὢν ὁ λόγος, μεταπτώσεως τῆς ἀντιφάσεως, ἅπαντας ὁμοίως ἕξει τοὺς συλλογισμούς. ἀεὶ γὰρ ὃς ἂν ἔνδοξον ὁμοίως ἔνδοξον ἀναιρήσει, ἢ κατασκευάσει, διὸ περ διαπορεῖν ἀναγκαῖον. μάλιστα μὲν οὖν ὁ τοιοῦτος δριμὺς, ὃ δεῖ ἕνα τὸ συμπέρασμα μὴ ποιῶν τοῖς ἐρωτήμασι. δεύτερος δὲ, ὁ δεῖ ἀμφοτέρους.

modo quàm plurimæ. Sed sunt aliæ, quæ vel doctissimos quosque in ꝓdiunt. Id quod eo argumẽto intelligi potest, quòd inter se de nominum significationibus sæpe dissentire docti homines cõspicientur. Verbi gratia, vtrum eodem semper modo accipiantur vnum & ens, an alio atque alio. Quibusdam enim visum est, hæc idem significare. Alij ex eo dissoluunt rationes Parmenidis & Zenonis, quòd ens & vnum multipliciter dicũtur. Nec secus sit in captionib. quæ ex accidente aliisque locis eruũtur: nam in iis quoque aliæ facilè, aliæ difficilè perspiciuntur. Atque nosse ex quo genere sit quæque, & vtrum sit elẽchus an non, non est pariter in omnibus manifestum. Porrò autem acuta argutáque captio appellari solet, quæ multum in animo parit dubitationis. Ea enim est quæ acrius pungit mordéque. Dubitatio autem duplex est. Vna, in iis quæ concludendi vim necessariã habent, cùm dubitatur vtra sumptionum interrogatarũ neganda sit. Altera, in contentiosis, quo modo exprimendum sit propositũ. Itaque inter eas quæ ratiocinatione concludunt, vt quæque est acutissima, ita plurimum ad inquirendum excitat. Est autẽ illa acutissima ratiocinatio, quæ ex iis quæ sũt quàm maximè probabilia, id quod maximè probabile est, euertit. Nam cùm illa vna sit oratio transposita contradictione, omnes ratiocinationes similes habebit: quandoquidẽ semper ex æquè probabilibus, quod æquè probabile est, aut cõfirmabit aut euertet: quæ ratione efficitur, vt dubitare hoc in loco necesse sit. Est igitur illa imprimis & maximè arguta, quæ sumptionibus interrogatis parem effecit conclusionem. Secundo loco, quæ ex

omnibus similibus. Hæc enim similiter efficiet, vt nescias vtra interrogationum neganda sit. Hoc autem difficultatem parit. Quoniã negãdum est, sed quid negandum sit, iuter. Inter cõtentiosas autem illa acutissima est, in qua non statim apparet, sitne consecutio necessaria nécne: & vtrum sit ea dissoluenda negando falsam aliquam propositionem quæ sumpta sit, an distinguendo. Secundo loco inter cæterasea in qu a perspicuũ quidẽ est, negandóne, an distinguẽdo soluenda sit, sed tamen incertũ quænam ex omnibus interrogationibus sit neganda, & quæ distinguenda, an scilicet ipsa conclusio, an ex sumptionibus aliqua Interdum igitur argumẽtatio forma vitiosa, inepta est ac ridicula, nimirum quando sumptiones valdè incredibiles sunt, aut falsæ: interdum nimimè cõtemnenda Quando enim in argumentatione desideratur talis aliqua interrogatio ex qua potissimũ argumẽti vis duci debuit: qui hac non sumpta rem quasi ratiocinatione cõcludit, is ineptam omnino ratiocinationem facit. Sin quod prætermissum est, ex genere est eorũ, quæ extrinsecus ad rem valent, nõ continuò illa argumentatio aspernanda est: quin argumentatio bona est, culpa autem omnis est penes eum qui non rectè interrogauit. Sicut autem solutio interdum adhibetur ad ipsam argumentationem, interdum ad interrogantem. & ad ipsam interrogandi rationem, tertiò, ad neutrum horumtic interrogare licet & cõcludere & ad propositum, & ad respondentem, & ad tempus, cum plus temporis deliberatur ad refutandam solutionem, quàm patitur spatium temporis ad præsentem disputationem dellinatum.

πάντων ὁμοίων. καὶ γὰρ ὁμοίως ποιήσει ἀπορῆσαι, ὁπότερον τῷ ἐρωτηματι ἀναιρετέον· τοῦτο δὲ χαλεπόν. ἀναιρετέον μὲν γὰρ ὃ τι δὲ ἀναιρετέον, ἄδηλον. τῷ δὲ ἐρωτικῶν. δριμύτατος μὲν ὁ πρῶτον διὰ ὃ ἄδηλος, πότερον συλλελόγισται, ἢ οὔ. ἔτι πότερον ἆρα τὸ ψεῦδος ἢ διαίρεσιν ὅτιν ἡ λύσις. δεύτερος δὲ τῷ ἄλλων, ὁ δῆλος μὲν, ὅτι μὴ φανερὸς δὲ ὤν, δεῖ πως τῷ ἠρωτημένων ἀναιρετέον, ἢ διαίρεσιν λυτέος ὅτιν· ἀλλὰ πότερον αὐτὴ ἆρα τὸ συμπέρασμα, ἢ ἆρα τι τῷ ἠρωτημένων ὅτιν. εἰ ὅτε μὲν ἐν ὁ μὴ συλλογιστὴς λόγος οὐκ ἔστις ὅτιν, εἰ ἢ λίαν ἀδοξα, ἢ ψεῦδῆ τὰ λήμματα, εἰ ὅτε δὲ οὐκ ἄξιος καταφρονεῖσθαι. ὅταν μὲν γὰρ ἐλλείπῃ τι τῷ πιστῶν ἐρωτημάτων ἆρ' οὖ ὁ λόγος, καὶ δι' ὃ, καὶ μὴ προσληφθέν τοῦτο, καὶ συλλογισμὸς, ἐνθυμὸς ὁ συλλογισμός. ὅταν δὲ τῷ ἔξωθεν, οὐκ ἀκαταφρόνητος. ἀλλ' ὁ μὲν λόγος ὀρθὸς εἰκῆ, ὁ δὲ ἐρωτῶν ἠρώτησεν οὐ καλῶς. ἔστι δὲ ὥσπερ λύειν, ὅτε μὲν πρὸς τὸν λόγον, ὅτε δὲ πρὸς τὸν ἐρωτῶντα, καὶ τῷ ἐρώτησιν, ὅτε δὲ πρὸς ἀμφότερα τούτων ὁμοίως καὶ ἐρωτᾶν ὅτι, καὶ συλλογίζεσθαι, καὶ πρὸς τῷ ὅτιν, καὶ πρὸς τὸν ἀποκρινόμενον, καὶ πρὸς τὸν χρόνον, ὅταν ἢ πλείονος χρόνου διαμέτρη λύσις, ἢ τὸ παρόντος καιροῦ τὸ διαλεχθῆναι πρὸς τῷ λύσιν.

Epi-

Epilogus & peroratio, CAP. XVII.

ΕΚ πόσων μὲν οὖν, καὶ ἐκ τίνων γίνονται τοῖς διαλεγομένοις οἱ φαινόμενοι συλλογισμοὶ, καὶ πῶς δεῖ ζητεῖν καὶ λύειν, εἴρηται μοι· καὶ ἐπὶ πόσον τε χρόνου δεῖ μελετᾶν, καὶ ἐν ποίοις τισὶ τὴν δόξαν λέγειν πεποίημαι· ἔτι δὲ ἐκ τίνων συμβαίνει ὁ συλλογισμός, καὶ πῶς ἐρωτητέον, καὶ τίς ἡ τάξις τῆς ἐρωτήσεως· ἔτι δὲ πρὸς τί χρήσιμοι πάντες εἰσὶν οἱ τοιοῦτοι λόγοι, καὶ περὶ ὑποκρίσεως ἁπλῶς τε πάσης, καὶ πῶς λυτέον τοὺς λόγους, καὶ συλλογισμοῖς, εἰρήκαμεν· περὶ πάντων ἡμῖν πᾶσι. λοιπὸν δὲ περὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς πραγματείας ἀναμνήσασιν, εἰπεῖν τι βραχὺ περὶ αὐτῆς, καὶ τέλος ἐπιθεῖναι τοῖς πεπραγματευμένοις. προειλόμεθα δὲ εὑρεῖν πᾶσα δύναμιν συλλογιστικὴν περὶ τὸ προβληθέντος ὑπάρχοντων, ὡς ἐνδοξοτάτων. τοῦτο γὰρ ἔργον ὑπῆρχε τῆς διαλεκτικῆς καθ' αὑτὴν, καὶ τῆς πειραστικῆς. ἐπεὶ δὲ συγκατεσκευάζεται πρὸς αὐτὴν, διά τινα τῆς σοφιστικῆς ζητήσασιν, ἆς οὐ μόνον δύναται πεῖραν λαβεῖν διαλεκτικῶς, ἀλλὰ καὶ ὡς εἰδώς, διά τοῦτο σύμπαν τὸν λεχθέντα ἔργον ὑποδέδεται τῇ πραγματείᾳ, τὸ λόγον δύνασθαι λαβεῖν, ἀλλὰ καὶ ὅπως λόγον ὑπέχοντες φυλάξομεν ἢ θήσει, ὡς δι' ἐνδοξότατα ὁμοδόξοις. τὸ μὲν οὖν πᾶν εἰρήκαμεν τοῦτο, ἐπεὶ καὶ διὰ τοῦτο Σωκράτης ἠρώτα, ἀλλ' οὐκ ἀπεκρίνετο· ὁμολόγει γὰρ μὴ εἰδέναι. διωρίλωται δὲ ἐν τοῖς πρώτοις, καὶ πρὸς πόσα, καὶ ἐκ ποίων, καὶ πόσων ἐστὶ τὸ ἓξ αἱ, καὶ ὅθεν δυνησόμεθα τούτων. ἔτι δὲ πῶς ἐρωτητέον,

EX quot igitur quibúsq; dialecticis oboriantur paralogismi, quóque modo alterũ cõ impellamus vt falsa & inopinabilia dicere videatur: tũ ex quibus causis syllogismus naſcatur, & quo modo interrogandũ ſit, quæque eſſe debeat interrogationum collocatio: deinde quis vſus harũ omnium diſputationũ atque omnino de omni reſponſione, & quomodo ſingulas rationes & ſyllogiſmi diſſoluẽdi ſint: de his omnibus hæc à nobis dicta ſint. Nunc reliquũ eſt, vt eo in memoriã reuocato qđ initio propoſitum eſt, pauca de hoc dicamus, finémque dictis imponamus. Hoc igitur à principio diximus, fuiſſe noſtrum inſtitutum, vt inueniremus facultatẽ quandam diſſerẽdi de quacunque re propoſita, ex iis quæ eſſent quam maximè probabilia. Eſt enim hoc officiũ dialecticæ, quæ per ſe dicitur: & eius quæ in cẽtãdo cernitur. Sed quoniam huic adiunctum eſt, propter affinitatem ſophiſticæ, vt non ſolùm alterum dialecticè tẽtare poſſit, ſed etiã vt ſcientiã rei præ ſe ferat: propterea poſuimus huius negocij officiũ, non ſolùm poſſe diſputationẽ inſtituere, ſed hãc ſic ſuſtinere, vt propoſitum tueamur. Cauſam autẽ huius rei antea expoſuimus: atq; propter id Socrates interrogabat, ipſe nõ reſpondebat: quia ſe nil quicquam ſcire profitebatur. Illud porrò in ſuperioribus explicatum eſt, circa quot & ex qualibus, itémque ex quot facultas hæc conſtet, vndéque ad eandẽ nobis ſuppetat copia. Deinde quomodo interrogãdũ ſit,

quoque ordine omnis interrogatio collocanda: itémque de refutatione & solutione ad vnamquamque ratiocinationem accommodata. Reliqua etiam expolita sunt, quæ visa sunt ad illa differendi ratione pertinere. Post hæc autem de fallacibus & captiosis conclusionibus egimus, de quibus paulò antè dictum est. Quæ cùm ita sint, profectò iam dubitari non potest, quin satis commodè ad exitum à nobis id perductum sit, quod institueramus. Iam verò ne quis ignoret, quid nobis in explicatione huius negotij visum erit, intelligendum est, eorum omnium quæ inueniuntur, aliqua esse, quæ iam antè ab aliis aliqua ex parte comprehensa, subtilius posita, & quasi particulatim elaborata tandem eorum qui sequuntur, industria, longius progrediuntur, magnúmque incrementum capiunt: alia autem quæ à prima origine inuenta, non ita multum à principio progrediuntur: sed tamen multò plus vtilitatis habent illa inita, quàm reliqua omnis quæ sit ad hæc accessio. Est enim (vt dici solet) principium maxima pars totius: ideóque difficillimum. Quantò enim vi & facultate maiore est, tantò minore est magnitudine: eáque de causa difficillimè perspicitur: eo autem inuento, non est difficile conferre & adiicere reliqua. Quod in ciuilibus orationibus aliisque prope modum artibus omnibus accidit. Nam qui principia inuenêre, parum admodum progressi sunt. Qui autem nunc in illis excellunt, ac ceptis iis quæ à multis tractata quasi per successionem paulatim colligendo ea sic auxerunt. Tisias quidem post primos: Trasymachus post Tisiam: cui successit Theodorus, aliíque permulti: qui singuli suas quasdam particulas adiecerunt: vt iam nō sit mirum in tantam magnitudinem.

τι παλ-

τῶν πλήθος τῶν τέχνων. ταύτης δὲ τῆς πραγματείας, οὐ τὸ μὲν ἓν, τὸ δ' οὐκ ἓν πρότερον μέρος, ἀλλ' οὐδὲν παντελῶς ὑπῆρχε. καὶ γὰρ τοῖς τοὺς ἐριστικοὺς λόγους μισθαρνοῦσιν, ὁμοία τις ἓν ἡ παίδευσις τῆς Γοργίου πραγματείας. λόγοις γὰρ οἱ μὲν ἐρωτικοὺς, οἱ δὲ ἐρωτηματικοὺς ἐδίδοσαν ἀμοιβαίους, εἰς οὓς πλειστάκις ἐμπίπτειν εἰώθησαν ἑκάτεροι τοῖς ἀλλήλων λόγοις. διὸ περ τοξεία μὲν, ἀτύχως δ' ἓν ἡ διδασκαλία τοῖς μανθάνουσι παρ' αὐτῶν. οὐ γὰρ τέχνην, ἀλλὰ τὰ κατὰ τῆς τέχνης διδόντες, παιδεύειν ὑπελάμβανον. ὥσπερ ἄν τις ὑποκρίνειν φάσκων ἐπαγγείλοιτο δοῦναι τὴν μηδὲν πονεῖν τοὺς πόδας, εἶτα σκυτοτομεῖν μὲν μὴ διδάξειε, μηδ' ὅθεν πορίζεσθαι τὰ τοιαῦτα, δοὺς δὲ πολλὰ χρήματα παντοδαπῶν ὑποδημάτων. οὗτοι γὰρ βιβλίοις μὲν πρὸς τὸν χρείαν, τέχνην δ' οὐ παρέδωκε. καὶ ἐκεῖ γὰρ ῥητορικῶν μὲν ὑπῆρχεν ἴσως πολλὰ καὶ παλαιὰ τὰ λεγόμενα. περὶ δὲ τοῦ συλλογίζεσθαι, παντελῶς οὐδὲν εἴρηκεν πρότερον λέγειν ἄλλος. ἀλλὰ βιβλία ζητοῦντες, πολὺν χρόνον ἐπονοῦμεν. εἰ δὴ φαίνεται θαρραλέους ἡμᾶς, ὡς μὴ ὂν πιστοῦσθαι τῆς ὅλης ἀρχῆς ὑπαρχόντων ἔχειν ἡ μέθοδος ἱκανῶς, παρὰ τὰς ἄλλας πραγματείας τὰς ὀλιγοστὸς ἠυξημένας, λοιπὸν ἀξιοῦμεν ἁπάντων ὑμᾶς, ἡ τῆς ἀκροωμένων ἕρχον, τοῖς μὲν παραλελειμμένοις τῆς μεθόδου, συγγνώμην, τοῖς δ' εὑρημένοις πολλὴν χάριν ἔχειν.

artem eam exercuisse. Negotij autē nunc à nobis instituti non pars quædam iā antè inuenta erat, pars altera nō erat, sed omnino nil in eo genere adhuc ab aliis traditum extabat. Nam qui mercede in contentiosis disputationib. versantur, Gorgiæ institutionem sequūtur. Vt enim hic Rhetoricas orationes, sic illi suas interrogationes ad discendum proponut, in quas vtrique mutuis sermonibus frequētius solebant incidere. Vnde efficiebatur, vt discipuli celeriter illi quidem, sed citra vllam artem, ea discerent. Illi enim ita demum se rectè docere existimabant, si omissa arte, ea quæ artis erant proponerent. Vt si quis professus se artem traditurum, qua pedes minimè doleāt: deinde non sutoriam ille quidē doceat, neque vnde possint parari talia, sed magnā calceorum omnis generis multitudinē proferat. Sanè qui hoc fecerit, ad vsum quidē profuerit, artem autem non tradiderit. Ac de rhetoricis quidem satis multa, eáque vetera dicta sunt, de ratiocinando autē omnino nihil priùs dictum est: sed in eo longi temporis exercitatione laboramus. Si igitur nostra diligentia ex talibus initiis hæc methodus supra alias accessionibus amplificatas, rectè constituta videatur, vestrum erit omnium vel eorum qui hoc opus audierint, pro omissis methodi partibus veniam dare: pro inuentis multam gratiam habere.

ΤΕΛΟΣ.

ERRATA TYPOGRAPHICA
humanus lector per se corriget.

Virtus portabat virtutis gressibus ibat, } Hoc distichon bene memini
Virtutum donec venit ad hospitium. } versibus

Thüring Reinstein aus
Hessenland Grafschaft
Waldeck